



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Dominica 6. Post Epiphaniam. Parabolæ grani sinapis & fermenti, quibus  
veritates Evangelicæ designantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

DOMINICA SEXTA  
POST EPIPHANIAM,  
NISI SIT SEPTUAGESIMA.

PARABOLÆ GRANI SINAPIS ET FER-  
MENTI, QUIBUS VERITATES EVANGE-  
LICÆ DESIGNANTUR.

*Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit  
in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus,  
cum autem creverit, maius est omnibus  
oleribus, & fit arbor.*

*Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscon-  
dit in farinae satis tribus, donec fermentatum  
est totum. Matth. 13.*

VERITAS PRACTICA.

Quò tibi veritates Evangelicæ minus dignæ ap-  
parent quæ considerentur, hoc ipso magis  
sunt considerandæ.

RATIO EST. Quia quò minus dignæ apparent  
Veritates Evangelicæ quæ considerentur, eo  
major indicatur depravatio tui Iudicii vel  
voluntatis.

Sed quò major est talis depravatio, hoc ipso tibi  
Veritates illæ sunt magis consideranda.

Ergo & quò etiam minus dignæ apparent quæ con-  
siderentur: Ac proinde statuendum est ali-  
quid certius de attendenda earum Consideratio-  
ne, qui est scopus utriusque parabolæ, in ho-  
dieo Evangelio proposita.

I P U N C T U M.

**R**EGNUM Cælorum, quod grano sinapis  
& fermento comparatur, prædicatio  
Evangelii est, & notitia scripturarum,  
quæ ducit ad vitam, & de qua dicitur  
ad Iudeos: Auferetur à vobis regnum Dei, &  
dabitur genti facienti fructus eius. Sic S. Hiero-  
nymus, & alii passim Interpretes.

Hanc verò prædicationem Evangelii, & no-  
titiã Scripturarum, nos hic brevius contrahi-  
mus in hæc duo verba, VERITATES EVAN-

GELICÆ, quales sunt præsertim illæ, quæ  
habentur Sermone Domini in monte habito:  
Beati pauperes spiritu, Beati mites, beati qui luge-  
rent, qui patiuntur propter Iustitiam, & quæ si-  
miles supra sensum naturalem, & humana Judi-  
cia recensentur.

Sunt illæ, scilicet Veritates, velur granum  
sinapis aut fermentum, quæ res in se cum sint  
exiguæ, in magnas tamen evadunt, & viros  
producent effectus. Sic planè nihil vilius aut  
abjectius humanis apparet sensibus, quàm illæ  
Propositiones seu Veritates Evangelicæ; quæ si  
tamen attentius considerentur, si credantur fir-  
mius, & in praxim revocentur constantius, ad-  
mirabiles in animis nostris producent fructus.  
Ne unquam igitur deterrearis primo earum  
aspectu ab ea consideratione & æstimatione,  
quam merentur, Imò quò tibi minus apparent di-  
gna quæ considerentur, hoc ipso magis consideran-  
da sunt.

Nam ut habet allata ratio, quò minus dignæ  
tibi apparent quæ considerentur, hoc ipso ma-  
gis indicatur esse depravatum tuum iudicium,  
vel voluntas. Cur sic enim minus dignæ appa-  
rent, nisi quia tu aliter sentis de rebus quas con-  
tinent, & aliter afficeris circa id quod persua-  
dent? Dicunt scilicet beatos pauperes, & mise-  
ros divites: Tu qui contra sentis, miseros esse  
pauperes, & beatos divites, statim reluctaris  
animo, & averteris ab illis considerandis, & æsti-

D d z mandis.



mandis, tamquam à falsis & inanibus, aut quæ omnem superent fidem. At nonne hoc indicat magnam depravationem tui iudicii & voluntatis, ut quæ in Evang. lio continentur, quæ ab ipsa Veritate & Sapientiâ pronunciantur, quæ ab universa recipiuntur Ecclesia, tu homunculus, nescio quis, statim atque de his audis, contrarium seras iudicium; & veritatem ipsam aut falsitatis condemnes, aut minus dignam iudices, de quâ melius intelligendâ inquiras attentius & cognoscas! O inolerandam hominis audaciam! O salutarem Christi, quondam loquentis admonitionem: *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Hinc nempe depravatio iudicii, quando ex facie tantum seu apparentia iudicatur, sicut tu iudicas; hoc est enim iudicare secundum carnem, secundum concupiscentiam, secundum sensus naturales & humanos, qui ab objectis lenocinantibus quàm faciliè corrumpuntur, tam faciliè & ipsi corrumpunt iudicium animi & voluntatem. *Vos secundum carnem iudicatis, SPECIES decipit 96, & concupiscentia subvertit cor tuum.*

Ican. 9.

Ibid.  
Dan. 13.

## II. PUNCTUM.

*SED quo major est talis depravatio, hoc ipso veritates Evangelicae sunt tibi magis consideranda.*

Neque enim velles in hac pravitate iudicii persistere obstinatus & contumax: satis quippe intelligis quale illud animæ & salutis detrimentum foret, si non nisi depravato iudicio de tantis rebus sentires. Nam cum ex nostro iudicio nostri promaneant affectus, ex affectibus componantur actiones, & ex nostris actionibus tota vita dependeat; tota inde à Christo iudice iudicetur; quid sequeretur ex tali tuo iudicio depravato, nisi depravata vita? & ex tali vita quid, nisi pessima mors, & horrendum iudicium?

Hinc ergo emergere necesse est & tam aperto malo remedium inquirendum. Non est autem aliud præsentius cum divina grâtiâ, quàm ut has ipsas veritates attentius consideres expensis omnibus circumstantiis, quæ illas spectant, & quæ si diligenter expendantur, illas indubitatas ostendunt & certissimas. *Quia si cognovisses & tu, inquit, quæbat dicendo Christus Dominus; numo autem abscondita sunt ab oculis tuis; Quasi diceret, si serio mecum considerates, quæ tibi mala ventura sunt, profectò tu ea declinaves, tu aliter de rebus iudicares, & loquereris; Nunc verò cum nolis*

Zam. 19.

advertere, nec te etiam malis eripies inde sequentibus.

Sic olim Moses: *Gens absque consilio est, & sine prudentia, utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent.* Sic Propheta Jeremias: *Deolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde.* Expendendum illud recogitet, & applicandum nostro argumento: nempe non semel cogitet, non ut primò apparet, non ut ex prima iudicatur specie seu apparentiâ; sed recogitet, id est reducat iterum ad suam mentem; Cogitet Quis Veritates Illas Evangelicas pronuntiavit! Quàm sancti, quàm omni fide digni sint, qui illas recipiant! quàm è contra impij & infidi qui se illis opponant! Sic Apostolus, *Recogitate eum:* Iterumque expendite, Quis ille sit qui loquatur, verbo & exemplo, quod vobis proponitur. Si enim recogiteris illum esse Christum, illum esse Deum, illum esse Veritatem infallibilem, qui nec falli potest nec fallere, quomodo non acquiescetis? Quomodo non magis illi credetis quàm mundo, quàm carnî, quàm Dæmoni, qui sunt illi tantum oppositi? *Aut enim iste fallitur aut mundus errat, sed divinam falli impossibile est sapientiam.* Quæ supra fultus ex S. Bernardo tractata sunt, hic obiter verò ut videas, quod si attentè Veritates Evangelicæ perpendentur; depravatum de his iudicium corrigetur, atque idcirco etiam ut corrigatur, sic attentius esse perpendendas.

Deut. 32.

Ierm. 12.

Hebr. 12.

In nocte  
Nat. D.

Iob. 26.

## III. PUNCTUM.

*QVO tibi ergo Veritates Evangelicæ minus dignæ apparent quæ considerentur, hoc ipso magis consideranda sunt: Quia non nisi ex depravatione iudicii & affectus, minus dignæ apparent quæ considerentur; & non nisi ex majori & attentiori earum Veritatum consideratione, depravatio illa corrigi potest. Quamobrem quàm necesse est ut hæc corrigatur, tam necessaria omninò est illa major attentio, & attentior earum*

con-



32.  
12.  
37.  
consideratio. Attendite popule meus legem meam  
inclinate aurem vestram in verba oris mei. Ape-  
riam in parabolis os meum, loquar propositiones  
ab initio. Idcirco, ut ait Evangelista, in parabolis  
Christus loquebatur ad turbas, & sine parabolis  
non loquebatur eis: ut dum minus Ipse intelligen-  
retur, magis acuerentur animi Auditorum ad  
eum intelligendum, magis ipsi inquirerent, per-  
scrutarentur & omni modo investigarent, sicut  
& ipse admonerat, *Qui habet aures audiendi,*  
Math. 13. *audiat; & qui legit intelligat.*

Ibid. 24. Idcirco etiam Parabola & similitudo grani  
sinapis & fermenti assumitur, quia ut habet glos-  
sa interlinearis de sinapi, *quanto plus teritur,*  
*tanto plus redolet;* & fermentum non nisi multa  
manuum agitatione & operâ fermentatur: quæ  
sunt aperta Symbola nostræ mentis agitandæ, &  
multum verandæ circa illas Veritates, quæ non  
nisi diligenter, & attentè perpensæ, capiuntur.

12.  
Iob, 28. *Trahitur sapientia de oculis,* inquit beatus  
Iob, sed quomodo trahitur, nisi frequenti medi-  
tatione, desideris ardentibus, & incensis suspi-  
riis? Nulla via facilior ad intelligentiam rerum  
divinarum & spiritualium, sicut ille se expertum  
profiteretur qui dicebat, *Super omnes docentes me*  
ps. 118. *intellexi, quia testimoniatua meditatio mea est.*  
Quod si laborem in meditando times, cogita  
illud esse pretium quo veritas emitur, juxta illud  
sapientis, *Veritatem eme, & noli vendere Sapien-*  
tiam. Nonne res tam pretiosa, tali digna est pre-  
tio? Adde, quod si semel Veritatum illarum in-  
telligentiam & amorem tibi comparaveris, nul-  
lus supererit in virtutum praxi labor, nulla mo-  
lestia, sed omnia tranquille fluent. Hoc tibi pol-  
licentem audi Dominum Deum tuum, & vide  
quid illi respondeas: *Hæc dicit Dominus Redem-*  
ptor tuus sanctus Israel, ego Dominus Deus tuus;  
If. 48. *docens te utilia, gubernans te in via quaambu-*  
*las, ut in omni attendisses mandata mea, facta fuisset*  
*quasi flumen pax tua, & iustitia tua sicut gur-*  
*ges maris.*

HUIUS affinis est illa Veritas quæ supra in hac  
parte, Feria sexta infra hebdomadam 2. post E-  
piphaniam declarata est:

Si quid nos revocat à doctrina Christi, vel ob id  
maximè recipienda est.

QUIA de Consideratione Veritatum oportet  
tunc hinc sermo est, opportuna hinc etiam esse

posset illa Veritas quæ supra refer-tur 29. De-  
cembris.

Sicut discursum nostri intellectus statim sequi  
debet affectus voluntatis: Ita & affectum  
effectus, seu executio.

QUOD magis in doctrina Christi refugi-  
mus, illud magis esset quærendum: seu, quod i-  
dem est, quod magis esset quærendum in do-  
ctrina Christi magis illud refugimus, quia nostri  
nobis placent morbi, neque his sanari volumus:  
unde satis hic apta & apposita proponi potest  
Veritas quæ habetur Feria 5. sequentis hujus  
hebdomadæ:

Quod gravius in te est malum, hoc minus vis  
curari.

CUM in minimis rebus Evangelica inclu-  
dantur Mysteria, certè rerum minimarum cura  
nobis commendatur, quò referri possunt hæ Ve-  
ritates:

In parvis, major est servi Dei fidelitas.

*Habetur infra, Feria sexta hujus sequentis heb-*  
*domadæ.*

Cura rerum minimarum, rem procurat omnium  
maximam.

*Declaratur Sabbato infra hebdomadam quar-*  
*tam post Pentecosten, in 3. parte.*

Nec magna bene, si parva male.

*In eadem 3. parte, Feria 5. infra hebdomadam o-*  
*ctavam, ubi hæc duo ipse parabola de grano si-*  
*napis & fermenti exponuntur.*

DE Humilitate generosa & magnifica, quæ  
his parabolis obvelatur.

Hæc est maximè laudabilis Humilitas, quæ sic  
laudes fugit, ut laudanda non omittat.

Nullus est dives, Humili quantumvis paupere,  
magnificentior.

*Habentur amba consequenter in eadem 3. parte,*  
*Feria tertia & quarta, infra hebdomadam*  
*duodecimam,*

*Quæ de Humilitate plures alibi: Vide verbo Hu-*  
*militas, & in 4. parte, Dominicam 16.*



HAC HEBDOMADE, Myſteria quæ occurrunt conſideranda, continent ſex Chriſti Domini Titulos, ſeu Qualitates conſideratione digniſſimas, in totidem dies.

## FERIA SECUNDA.

DE PRIMO DOMINI IN TEMPLVM INGRESSV,  
UNDE EJECIT VENDENTES, ET UBI  
OSTENDIT SE SUMMUM  
DOMINUM.

QUAE EST PRIMA EJVS CONSIDERANDA QUALITAS.

Cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo:  
& dixit, auferte iſta hinc. Ioann. 2.

### VERITAS PRACTICA.

Quantò minùs murmuramus, aut omnino tace-  
mus, flagellari à Domino, tantò altiùs altiſſi-  
mum ejus dominium prædicamus,

RATIO EST, Quia quantò nos perfectiùs di-  
vino Domino ſubjicimus, tantò illud altiùs  
prædicamus.

Sed quanto minùs murmuramus, aut omnino ta-  
cemus, flagellati à Domino, tunc perfectiùs nos  
divino Domino ſubjicimus.

Ergo & tunc tanto illud altiùs prædicamus. Quod  
certè eſt commendandum.

### L P U N C T U M.

**N**ONDUM in primariam Paſtinae  
civitatem ingreſſus erat Dominus, ex  
quo coepit inter homines converſari,  
& palàm omnibus prædicare; ſed ſe in  
Galilæa continuerat, ubi quæcunq; hætenus  
conſiderata ſunt, geſta leguntur. Nunc autem,  
cùm propè eſſet Paſcha Iudeorum, inquit Evange-  
liſta, aſcendit Jeſus Ieroſolymam, & invenit in  
templo vendentes oves & boves, & columbas, &  
nummularios ſedentes; & cùm feciſſet quaſi fla-  
gellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves  
quoque & boves, & nummulariorum effudit aſ,  
& menſas ſubvertit, & his qui columbas vende-  
bant, dixit; auferte iſta hinc, & nolite facere do-  
mum patris mei, domum negotiationis.

Expende ſingula, & mirare potentiam, quam  
primò hoc ingreſſu Judæis voluit manifeſtare.  
Major hic demonſtrata eſt potentia, inquit Ori-  
genes, quàm in miraculo mutationis aquæ in vè-

rum: illic enim inanimata ſubiſtit materia, hic  
verò hominum domantur ingenia. Et S. Hiero-  
nymus: Mihi inter omnia Domini ſigna, hoc vi-  
detur mirabilis, quod homo tantopere contem-  
ptibilis illo tempore Scribis & Phariſæis contra ſa-  
vientes, uno flagello tantam potuit eicere mul-  
titudinem. Ignem quiddam & ſyderium radia-  
bat ex oculis, & divinitatis majeſtas lucebat in  
facie, quando ſcilicet ſic volebat indicare ſuum  
dominium, & ſuam exercere potentiam. Nunc  
verò licèt abſens corpore, ſic ſæpè nobiſcum ag-  
git, ſic ſuum nobis manifeſtat dominium, ſic  
flagellum de funiculis vanitatum, ut Propheta  
loquitur, ipſe facit, & eiciens de templo cordis  
noſtri mundana & profana, Auferte, inquit, iſta  
hinc. Tum verò ad corpus ſeu externa bona, &  
quidquid noſtrum eſt ſe extendens, ſæpè evertit  
& effundit, quod male ſtruxeramus. Sic S. Au-  
guſtinus: Proſus ad Deum tuum, refer flagellum  
tuum. Quomodo refers? quomodo ſuffers? an  
illum agnoſcis Dominum? an de ſummo ejus  
dominio ſentis & loqueris, ut ſentire par eſt?  
Agnosce ex veritate propoſita & declaranda:  
Quantò enim minùs murmuramus, aut omnino  
taceamus flagellati à Domino, tantò altiùs altiſſi-  
mum ejus dominium prædicamus.

Sic porro declaratur: Quantò perfectiùs di-  
vino nos dominio ſubjicimus, tantò illud altiùs  
prædicamus. Tres quippe modi ſunt, quibus de  
Deo, diviniſque ejus attributis, quid ſentiamus,  
expromere poſſumus. Primus, cùm de his ver-  
ba facimus, & quantum in nobis eſt dignè &  
magnificè coram loquimur Beatus, & ſolus po-  
tens, Rex Regum, & Dominus Dominantium,  
Secundus, cùm ipſi nos ad Deum affectum no-  
ſtrum

Ioann. 2.

If. 5.

In Pf. 36.

1 Tim. 6.

Apoc. 17.

Et 19.



Mardo-  
chaeus.  
Ester 13

strum promimus : Domine, Domine, Rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuae voluntati : Dominus omnium es, nec est qui resistat majestati tuae. Tertius denique cum ipsa nos divino ejus dominio subijcimus, tunc opere magis loquimur, quam ullis verbis, in hac potissimum materia, ubi satis facile est dicere, Domine, Domine ; sed quando difficultas occurrit in colendo ejus dominio seu facienda voluntate, tunc revera indicatur, quis illum agnoscat Dominum, & quanto tum perfectius, quis se divinae illius voluntati & potestati submittit, tunc altius praedicat, quam sit altum & summum ejus dominium, cui non possit resistere, licet velit ; & cui nolit resistere, licet possit.

¶ 49. Servus meus es tu, Israel, quia in te gloriabor ; Quando me scilicet vere Dominum tuum agnosces : Tunc enim est gloria Domini, quando vere agnoscutur Dominus ; Et certe magna est etiam servi gloria, sic Dominum posse agnoscere, ut inde gloriatur ; *Ut confitemur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude tua.*

II. PUNCTUM.

SED quando minus murmuramus, aut omnino tacemus flagellati à Domino, tunc perfectius nos divino ejus dominio subijcimus.

Tres sunt etiam modi, quibus haec subiectio à tribus hominum generibus in adversitate redditur. Primo, cum qui adversis premuntur, dolent vehementer, & nonnulli murmurant ; sed Deum tamen reverenter, nec irumpunt in illas blasphemiae, & graviorum murmurum voces, quas effundunt hi, qui nullo Dei timore coercentur. *Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & ab exterminare perierunt :* inquit Apostolus loquens de Israelitis, quorum murmur fuit gravissimum, à quo qui se temperarunt in adversis, dicitur se subijcere Deo, licet alioquin de suis ille adversis graviter doleat.

1. Cor. 10.

Secundo, cum in adversis positi non murmurant quidem de Deo, quem bonum & justum norunt, sicque se illi subijciunt : sed dolentes de adversitate, dolorem suum exprimunt, & exprimitendo augent, vel leniunt aliquando narratione suae miseriae ; *Hau hau me filii ! ut quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostrae !* Sic pluribus absentiam filii sui Tobiae, dicebat mater.

Tob. 10.

Tertio denique cum neque murmure, neque actu, nec ulla vocis acerbitate movemur in ad-

versis, sed vel omnino tacentes, si qui rebelles animi motus insurgant, silentio reprimimus, vel si quid loquimur, non nisi ad reprimendos alios, nobis gravius indolentes loquimur : sicut Tobias pater conjugem suam admonerat : *Tace, & noli turbari, sanctus est filius noster, satis fidelis est vir ille, cum quo misimus eum.* Tunc perfecta ista subiectio, tunc perfectius nos divino dominio subijcimus, quia sic anima & corpore atque adeo nobis totus nos illi submitimus : sic intellectum, voluntatem, & omnes affectus circa illa bona, quorum iacturam facimus, unà linguae continentia, Deo consecramus ; Nam, ut ait S. Jacobus, *lingua constituitur in membris nostris,* id est, sic loquimur pro unaquaque parte corporis, aut animi nostri, quasi pars illa linguae esset, quasi lingua illic esset, quae jus illius partis, si forte laeditur, tueatur. Quamobrem si lingua continentur, caetera omnes partes continentur. Potens est ille vir continens linguae suae, etiam freno circumducere totum corpus, ait idem S. Apostolus. Sicque patet quam perfecte & integre, dum silemus in adversis, nos divinae subijcimus potestati. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu facisti.* Itane silendo loquetis ? Itane loquendo siles ?

Ibid. 3.

Iac. 3.

Ibid.

Pf. 38.

III. PUNCTUM.

QUANTO igitur minus murmuramus, aut omnino tacemus flagellati à Domino, tanto altius altissimum ejus dominium praedicamus, quia sic perfectius nos illi subijcimus, sicque subijcti, tacentes magis loquimur, quam si non ita subijcti, longos de divino Dominio sermones haberemus. *Vide ut sileas :* Hoc imprimis dictum à Propheta, Regi afflictissimo, quod si servaret, futurum certo erat, ut afflictione quantocumque liber evaderet. Hoc etiam evidenter demonstratur in beato illo Jobo, qui cum multa de Deo sanè, pie & sapienter ; ac nonnulla de se cum amicis suis egisset, ab ipso tamen Deo tam severe est admonitus, ut poenituerit loquutum esse : *Inspicenter, inquit, locutus sum, & quae ultra modum excederent scientiam meam ; Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla & cinere.*

¶ 7.

Iob. 42.

Denique quid illustrius ad veritatis confirmationem, quam quod in Apocalypsi cuicidam in adversis tacenti dicitur : *Quonia servasti verbum patientiae meae, & ego servabo te ab hora tentationis, quae ventura es in orbem universum,*

Apoc. 43

sentia.



tentare habitantes in terra. Tentatio illa fuit ingens persecutio sub Traiano, in qua multi fideles defecerunt à fide; neque hic forè fuisset constantior, nisi singulari Dei protectione servatus esset; hanc verò meruit protectionem sua patientia, & patientiam testatus est suo silentio, O silentium omni linguà disertius!

Vide quàm graviter & quàm sepe contra pecces; *Hac dicit Dominus Deus; Vsq̄uequò non vi subici mihi?* Si verò nunquam certius te il-

li subjicies, quàm si flagellatus taces, usquequò murmurabis? usquequò non silebis? An dolēs te à Deo Patre in filium recipi? *At flagellat omnem filium quem recipit*, inquit Apostolus; Rursus que alibi: *Omnia facite sine murmurationibus, & hesitationibus ut suis sine querela, & simplices filii Dei*. Quasi diceret: hæc est certa nota, si flagellatus non murmuraveris, *Quasi filii obedientia, non configurati prioribus ignorantia vestra desideris*.

## FERIA TERTIA.

### DE COLLOQVIO NICODEMI CVM DOMINO JESU, QUI SE TUM VERE MAGISTRUM OSTENDIT.

*Rabbi, scimus quia à Deo venisti, Magister. Ioann. 3.*

#### VERITAS PRACTICA.

Qui non renuntiat omnibus, non potest esse Christi discipulus.

*RATIO* hæc est inter alias, quòd oportet Christi discipulum esse docilem & tractabilem, sive ut docentem magistrum audiat, sive ut auditis credat, seu denique ut quòd credit exequatur. *Sed nisi discipulus renuntiet omnibus, non erit ita docilis.*

*Ergo nec erit etiam Christi discipulus: Quamobrem acceptanda renuntatio, qua proponitur, aut renuntiandum Christo Magistro.*

#### I. PUNCTUM.

**R**EMANSIT in urbe Jerosolyma. Christus Dominus per dies festos Paschæ, ibique pluribus editis miraculis, multos è Judæis ad se convertit, quos inter Nobilissimus ille est, de quo sic Evangelist. S. Ioannes: *Erat autem homo, ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps iudeorum: hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti, magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.*

Tum verò multis ei respondit Dominus Iesus, quæ videri possunt, quibus ita permotus est Nicodemus, ut se deinceps discipulum ejus palam professus fuerit, & constanti pro eo contra Judæos steterit, atque etiam Apostolis in fugam

lapsis, audacter ipse cum Arimathæano Josepho, corpus Domini Crucifixi de cruce deposuerit, & aromatibus conditum sepelierit. *Ibid. 19.*

Admiranda quidem hujus discipuli docilitas, qui tam facile se præstiterit suo magistro, sed magis admiranda magistri dignitas, autoritas, sapientia, bonitas & potentia, qui tam brevi tempore tales formet discipulos. Tu tamen anime, qui hoc magistro gaudes, unde tam parum proficis? Forte id defectu veritatis proposita, cui quantum tibi necesse esset, non te satis conformas. Universalis enim est & fixa magistri sententia. *Quòd omnis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest ejus esse discipulus.* Ipse est divinus Magister, ipsa est veritas, quæ hoc Effatum protulit, quando nulla succurreret dicti ratio, sufficit sic dictum esse, ut credatur: sufficit sic imperatum esse, ut impleatur. Neque verò defunt rationes, quæ id demonstrant; Atque hæc inter alias videtur expendenda; Quòd oportet Christi discipulum esse docilem & tractabilem, sive ut docentem quietè audiat, sive ut auditis non reluctanter credat, sive ut quæ credit & quæ opere complenda sunt, constanti impleat. Quæ cum de omnibus discipulis erga quem vis magistrum dici possint, tum de Christi discipulis vel maxime, quòd quæ suis Christus proponit, tam sublimia sunt, & supra omnem intelligendi facultatem; ut nisi discipulus sit valde docilis, nunquam dicenti credat; *Durus est hic sermo, & quis potest enim audire? Ioann. 6. dicca*



dicebant illi indociles. Adde quod, etsi audiretur, & quantum est ex parte intellectus, crederetur: durus tamen ita est sermo voluntati, ut ne repugnet dictis, docilitas tam sit necessaria, quam facilis est alioquin voluntatis repugnantia. *Et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis!*

Ioann. 5.

Atque hinc Prophetæ, hanc præcipue docilitatem, vel futuram prædixerunt, vel ut necessariam denuntiaverunt, unde ipse Dominus & Magister: *Est, inquit, scriptum in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei;* non quod omnes futurj sint tales, sed quod omnes qui velint ejus esse discipuli, tales ut sint necesse sit; Nunquid vis ejus discipulus fieri? Nunquid vis fieri, quod ita necesse est fieri, ut nisi fiat, non sis Christi discipulus?

If. 54.

Ioann. 6.

II. PUNCTUM.

**S**ED nisi quis renuntiet omnibus, non erit Christo docilis.

Nam primò quidem non erit docilis circa hoc primum documentum, quo jubetur à Christo renuntiare omnibus. Deinde verò si se indocilem ita præstet, ut jubenti magistero renuntiare omnibus, non renuntiet; sed sibi reseruet aliquid vel effectum vel affectum, profectò circa hoc etiam quod reservat erit indocilis, quando quid in particulari jubebitur, quod illud spectet. Nam quamdiu erit inordinatus rei affectus, tamdiu erit indocilitas voluntatis, quæ non patietur tangi, quod nimis diligit. Atque hæc indocilitas tam dura erit & pertinax, ut intellectum ad se pertrahat, & indocilem reddat ad credendum, quod alioquin facile crederet, si à perverta voluntate non perverteretur.

Ioann. 3.

Hoc videlicet est, quod Magister noster Nicodemum docebat dicens; *hoc est judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera; omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus;* id est, quando quis ita affectus est circa objectum aliquod peccati, ut affectum nolit deponere: non vult cognoscere ibi esse peccatum, ne hac cognitione cogatur affectum deponere, sicque voluntas indocilis impedit intellectum, ne se docilem præstet: ac proinde nulla est docilitas animi, nisi voluntas renuntiet vel his affectibus quibus detinetur, vel his mundanis rebus, quæ tales affectus excitant & nutriunt.

Hayneusue pars prima.

Hæ sunt fatales spinæ, quæ suffocant verbum Dei, ne fructum ferat: hæc sunt zizania seminata in medio tritici. Hæc est via ruinæ, & via laboriosa, cui non est credendum, ex consilio Sapientis, ut non offendas in lapides, & ne ponas animæ tuæ scandalum, id est, obstacula & impedimenta fidei ac salutis.

Luc. 8.  
Ecc. 32.

Non credes Evangelio, non credes dicenti Christo, si quid dixerit contra id quod ita diligis, & ita possides, ut ei renuntiare nolis. Testis ille adolescens, qui affixus bonis suis non credidit se reperiturum thesaurum in cælo si terrena despiceret. Testes illi qui Dominum contra divitias disputantem deridebant, *qui scilicet erant avari,* ut expressè refert Evangelista. Omnes illi denique testes, quibus exprobrabat, *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ à Deo solo est non queritis?*

Matt. 19.

Luc. 16.

Ioann. 5.

Sicut ait de stulto Sapiens; *Non recipit stultus verba prudentia, nisi dixeris ea quæ versantur in corde suo:* Ita planè de omni inordinato affectu; *Vix aliud persuaderi potest quam quod diligitur:* Præoccupata mens est, quæ vix ulli locum relinquat rationi & fidei. Navis est anchora & funibus alligata certo cuidam loco, unde se movere non potest, quocumque aspirante vento. Non est hoc esse tractabilem, non est hoc esse docilem, Væ nobis si tales habuissimus Apostolos.

Prov. 12.

III. PUNCTUM.

**Q**VI non ergo renuntiat omnibus, non potest esse Christi discipulus, quia non potest esse docilis, qualem oportet esse Christi discipulum: Unde pridem Isaas, *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus.* Hi nempe sunt dociles, qui sunt à suis abstracti cupiditatibus, qui nulla re interna vel externa detinentur, quin audiant & sequantur docentem Christum, qui propterea suis dicebat: *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Quali diceret, multi se dicunt discipulos meos, aut tales apparent, qui verè non sunt. Nam hi verè sunt discipuli, qui cum audierint sermonem meum, se ita dociles reddunt, ut ei credant & acquiescant, quia sic à me audierunt, licet non capiant, licet non intelligant, hoc unum sciunt, quod Christus hoc dixerit & imperarit, & factis illis est ad

If. 28.

Ioann. 8.

E e

obse-



obsequendum. Tum verò illi post cognoscant veritatem, quam non intellexerant, antequam crederent; & cognita veritas ita confirmabit eos in fide & charitate, ut planè liberet intellectum non modò ab omni errore contrario, & voluntatem ab omni affectu opposito; sed etiam ab adversariis, & his inimicis qui contrà solent eos impugnare. Vide in 2. parte, Fertia 2. infra Hebd. 4. post Pascha, ubi hæc proponitur veritas: Non est prius intelligendum ut credas, sed primò credendum est, ut post intelligas.

4. s.

Egregia verò est hujus perfectæ docilitatis & renuntiationis forma in Propheta qui de se ait, aut de Christo in persona sua. *Dominus meus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abii, corpus meum dedi percussentibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me: Dominus meus auxiliator meus, ideo non sum confusus: Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quoniã non confundar; Iuxta est qui justificat me, quis contradicat mihi?*

*stemus simul, quis est adversarius meus? accodat ad me, ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me?*

In his enim tria sunt, quæ rem omnem conficiant. Primum est docilitas intellectus; *Ego autem non contradico.* Deinde voluntatis in rebus difficillimis, & ubi apparet manifesta renuntiatione rerum charissimarum. *Corpus meum dedi percussentibus.* Denique si quid contra intellectui & voluntati opponatur, hoc unum responderi debet, quia sic Dominus verbo & exemplo & auxilio, quò uno duce fretus nihil expavescat. Quid enim opponi possit contra verum Christi discipulam, quod non ipsi Christo posset opponi? At quid Christo possit opponi, quod non verus ejus discipulus velit profiteri? *Non est discipulus super Magistrum, nec servus super Dominum suum, sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus, & servo sicut Dominus ejus.* Velle ne supra esse? Ego aut infra, aut sicut ille: sicut ille suis omnibus renuntiavit; sic te oportet tuis, ne sit supra magistrum discipulus.

Matt. 10.

## FERIA QVARTA.

DE ACCUSATIS A PHARISÆIS, APOSTOLIS,  
QUOS CHRISTUS DOMINUS UT SUPREMUS  
JUDEX ABSOLVIT, ET ACCUSANTES  
CONDEMNAT.

*Ecce quid faciunt discipuli tui Sabbatis, quod non licet.* Marc. 2.

### VERITAS PRACTICA.

Qui nimis humana timet judicia, non satis reveretur divina.

**RATIO EST,** Quia qui nimis humana timet judicia, hoc timore sapius permovetur ad omitendum vel committendum aliquid contra Deum.

*Sed quisquis ita permovetur contra Deum, non reveretur divina iudicia.*

*Ergo neque ille qui nimis humana timet, Et tamè quanti sum in hoc nimio, & per verso timore?*

### I. PUNCTUM.

**I**N iduum videbantur intenei Pharisei, ut modò accusarent Magistrum apud discipulos; modò discipulos apud Magistrum;

*Quare cum publicanis & peccatoribus manducant Magister vester? Sic paulò ante audivimus eos de Magistro conquerentes. Nunc verò cum forte discipuli Sabbato per fara, sive per segetes iter haberent, & famem avullis manu spicis solarentur: Ecce, inquit, discipuli tui faciunt, quod non licet. At Dominus factorum omnium & dictorum Cognitor ac supremus Judex, lata sententiã declarat innocentes discipulos: Et accusatos absolvens, condemnat Phariseos accusantes. Sic ipse est constitutus à Deo Judex vivorum & mortuorum. Sic ipse est Dominus Judex noster, Legis noster, Rex noster, Sic ipse denique de se ipso: Pater omne iudicium dedit Filio, ut honorificent omnes Filium, sicut honorificent patrem.*

Matt. 9.

Act. 10.

1. 33.

Ioann. 5.

Honorem illi exhibe ut Judici, agnosce quàm perfectè possideat omnes Judicis partes seu qualita-



itates; Jurisdictionem, Scientiam, Æquitatem, & alias. O summe Iudex, quis de his dubitet? Et tamen anime quam parum reueremur ejus iudicia! *Certe qui nimis humana timet, non satis reueretur divina.* Et aperte sentimus, quantum humana timeamus.

Inordinatus utrimque timor, & quâ parte deficit, & quâ excedit. Ad suam itaque medium, ut reuocetur, expende quid sit quod qui nimis humana timet iudicia, non satis reueretur divina. Nempe hoc habet humanus timor, ut ne incidat in hominum iudicia, multa committat vel omittat contra divinas leges. Sunt enim hæc diuinæ leges, vel positivæ omnes, vel negativæ; id est vel aliquid præcipiunt faciendum, vel prohibent ne quid fiat. In utroque autem sæpe aliter sentiunt & iudicant homines, ac diuinæ ferunt leges: sæpe homines damnant, quod probat & præcipit Deus; sæpe etiam id est gratius hominibus, quod odiosum est Deo: *Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque via vestra, via mea, dicit Dominus.* Atque hinc fit, ut qui nimis humana timet iudicia, omittat illud quod præcipit Deus, vel committat quod prohibet, ne humano videlicet damnetur iudicio. *Dilexerunt, inquit, gloriam hominum magis, quam gloriam Dei;* Id est, maluerunt placere hominibus, aut magis timuerunt illis displicere, quam Deo. Undelicet crederent Christo, non audebant tamen propter Phariseos confiteri, *ut in Synagoga egerentur;* O peruersum timorem! *Timidis & incredulis, pars illorum erit in stagno ardenti igne.*

II. PUNCTUM.

**S**ED quis ita mouetur contra Deum, ut vel omittat quod præcipit, vel committat quod prohibet, non satis reueretur divina iudicia.

Imò nec omnino reueretur, cum aperte peccet in Deum, & ideo tantum peccet, ut placeat vel ne displiceat hominibus. Tum enim duo simul concurrunt, quæ diuinam offensionem augent, vel plurimum. Primum est culpa, quæ vel omissione vel commissione contrahitur. Alterum est causa culpæ, nempe hominum major metus & cultus, quam Dei, quod potestimum per se solum valde injuriosum est Deo. *Quid est homo, inquit Sapiens, & quæ est gratia illius? Et quid est bonum aut quid nequam illius? Quasi diceret, quid sperandum boni,*

aut timendum mali ab homine, quod non magis à Deo speretur vel timeatur? Unde si quis spe aliqua boni, vel timore mali prætulit hominem Deo, Deum valde offendit, à quo longè alia speranda essent bona, vel timenda mala. *De ore tuo te iudico serue nequam!* hoc illi diuinus dicit Iudex, nempe qui timore mali permoveris, quare non magis timuisti malum, quod à me tibi grauius imminabat, quam ab illo quem mihi prætulisti?

Atque hinc sententia damnationis, quæ jam prolata est, *Duplicato duplicia secundum opera ejus: in poculo quo miscuit, miscete illi duplum,* Id est, augete illi duplo poenam pro illo peccato, quod timore hominum fecit, duplicetur poena damni, duplicetur poena sensus, & omnia duplicentur, quia nimis timuit timendo homines, & non satis timuit non timendo Deum.

Satinne hæc graua & pavenda, ut agnoscas quam grauiter se offensum propterea demonestret Deus, quod humano metu offendantur?

III. PUNCTUM.

**Q**UI nimis igitur humana timet iudicia, non satis reueretur divina; Cum ex humano illo metu multa peccet in Deum, quæ tantò certè grauiora sunt, quantò Deus magis erat timendus, quam homo cui præfertur. *Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant: ostendam autem vobis quem timeatis, timeo eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis hunc time.*

Sic timebat ille, qui ab inimicis importunè sollicitatus, ut contra religionem humanis se tantisper accommodaret iudiciis; *Etsi, inquit, in præfenti tempore supplicium hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec virum nec defunctus effugiam.* Sic de aliis Martyribus S. Ambrosius, explicans illud Davidis, *Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum.* *Pone, inquit, martyrem inter pericula constitutum, cum inde immanitas bestiarum ad incutiendum tremorem infirmat, aliunde stridor candentium laminarum, & flamma fornacis ardentis exarsuet: ex parte alia personent tractus grauium catenarum, hinc carnifex cruentus assistat. Pone, inquam, circumspiciantè omnia plena supplicia, deinde cogitantem mandata diuina,*

Ee 2 illius



illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illaq; poena recrudescens arumnarum; trepidare corde, ne dum presentibus cedat, perpetuis se deat exitiis; perturbari animo, dum futuri iudicii romphaam illam terribilem, quadam conspectus specie contuetur.

Hoc est scilicet remedium inordinati timoris humani, divinum sibi graviolem proponere; Neque id verò tantum, cum de fide agitur, sed in quolibet peccati casu, qui frequentissimus est timenti nimis homines, juxta illud Sapientis; *Qui timet hominem, cito corruet.* Ah quoties sic

Prov. 29.

corruisti? Expende; Sic porro Apostolus se contra munebat: *mibi pro minimo est, ut à vobis judicer, aut ab humano die. sed neque meipsum judico; qui autem judicat me, Dominus est.* Et alibi. *An quare hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.* Rursumque idem, *Ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra.*

2. Cor. 4.

Gal. 1.

1. Thess. 2.

Omninò vide libri tertii de Imitatione Christi, caput tricesimum sextum. Et frequenter ora cum Davide: *Judica judicium meum; & redime me.*

Ps. 118.

## FERIA QUINTA.

### DE SANITATE RESTITUTA OMNIBVS AD CHRISTUM ACCEDENTIBVS QUI SE MEDICUM ANIMARUM ÆQUE AC CORPORUM FECIT.

*Multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut eum tangerent, quotquot habebant plagas.* Marci 3.

#### VERITAS PRACTICA.

*Frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi; Quod gravius in te est malum, hoc minus vis sanari.*

*RATIO postrema partis qua sola difficultatem habet, hac est inter alias, quia quod gravius in te malum est, quòdque maxime Medicus tuus Christus sanare vult, est affectio quadam vehementior.*

*Sed illa, quam minus vis sanari, & in qua curanda magis es resistis.*

*Ergo & quod gravius in te est malum, hoc minus vis sanari, ac proinde illud Jeremia facile sequitur: frustra multiplicas medicamina; sanitas non erit tibi. Quod cerè est expavesendum.*

#### L PUNCTUM.

**F**REQUENTISSIMA est, & penè quotidiana representatio sanitatis restitutæ à Christo Domino variis ægris, & malè habentibus quocunque genere morbi: Verùm hic apparent tria, quæ considerationem nostram præcipuè figant & detineant in hac materia. Primum est quod cum Dominus ingres-

sus esset Synagogam die Sabbati, ibique homo esset habens manum aridam, obsecrabant Dominum adversarii, si Sabbatis curaret, ut occiderent illum. Tum vero Jesus hominem in medium venire iussit, & ut luculentior esset sanitatis restitutio, coram omnibus eum sanat, docetque omnes, ad eò nihil esse quod arguatur, si sanandis morbis operetur die festo, ut vel maxime tam piùm & religiosum opus tum sit patrandum. Quo sanè dicto & facto si unquam alias, Medicum se pro se ille est, & hanc beneficentiæ suæ exercitationem quanti æstimaret, placè indicavit.

Marci 3.

Luc. 6.

Secundum verò quod advertas, cum nihilominus Pharizæi non desinerent a ummurare, infundere, & gravius aliquid meditari contra Dominum Jesum; ne forte propterea retardarentur infirmi ab eo conveniendo, secesserunt inde in commodiorem locum, quò statim omnes malè habentes confluerunt & sanati sunt. Tertium denique, tanta erat sanitatis recipendæ facilitas, ut si vellevit eum tangere, illico corpore curarentur & animo. O potentiam medici! o bonitatem! quid est ego anima mea, cur nondum sanati sumus, qui tam frequenter ad illum ipsum medicum accedimus, & tanta medicina sumimus? Audi & contemisce: *Quod gravius in te est malum, hoc mi-*

nims



II. PUNCTUM.

*vis vis sanari.* Frustra multiplicas medicamina, frustra medicum consulis, quia quem vellet magis sanare morbum, tu contra reniteris, atque in hoc sanando morbo, magis ei resistis.

Quod sanè si verum est, vides quàm sit luctuosum & tremendum: Quam verò id sit verum, aperta est ratio; Quia quod gravius in nobis est malum est affectio quædam vehementior circa quodvis objectum, sive sit complacentiæ, sive displicentiæ, & aversionis, sive in vanitatem alliciat, sive in voluptatem, aut in terrenas commoditates, sive in amicitiam personarum, sive in odium, quæcunque tandem sit illa vehementior animi affectio, tu ipse videris, illa est gravius animi malum, quia magis damnosa est, magis intrinseca est, magis cognita, magis voluntaria, magis occupat animum, magis intellectum obstruit, magis voluntatem acuit ad crebriores & vehementiores actus producendos, magis memoriam replet, & cæteras omnes animi operationes in se transformat. *Transierunt in affectum cordis:* hæc est pravitas cordis, hæc est propria concupiscentia, iuxta quam ambulare dicuntur, qui ambulant in interitum suum; hoc est peccatum ad mortem, de quo sanctus Ioannes, & de quo Ipse Dominus: In peccato vestro moriemini, nisi scilicet opportunum adhibeatis remedium.

Ac propterea facile est cogitare, quàm prima & præcipua hæc sit cura Medici animarum Iesu, circa hoc gravius malum. Sive enim suam gloriam respiciat in curatione animæ, sive ipsius animæ bonum; certè utriusque interest, ut quod est gravius primò curetur. Nam, ut ait Sapiens, *Languor prolixus gravat medicum: Breve languorem præcidit medicus.* Id est, peritus in hac arte, in hoc ostendit peritiam suam, si præcidat morbum: præcidit autem, cum ad radicem & gravitatem mali quamptimum se applicat. Unde licet minores quidam morbi augeantur, si tamen curetur gravior, tum curari & sanari infirmus dicitur. Sic planè in morbis animi, sic præciduntur, quando quod est in infimo gravius primò curatur, si que etiam permittuntur minora quædam mala, ut graviora sanentur; Quod exprèsse S. Thomas, post S. Augustinum, refert de peccato immunditiæ ad remedium latentis superbiæ, quæ vix alioquin curetur. Numquid is fortè est gravior morbus tuus? Numquid à superbia vel voluptate, plaga tua damnosior? *Vide vias tuas in conualle; scito quid feceris, cursor levis explicans alas suas.*

**S**ED illa est affectio, illo est morbus, quem minus vis sanari, & in quo curando magis resistis Christo.

Nam illa ipsa ratio seu causa, quæ fit ut affectio illa sit in te vehementior, facit etiam ut in ea curanda magis resistas. Quænam est enim illa causa, nisi natura depravata, seu inclinatio naturalis & temperamentum proprium, quo in illud connaturale objectum magis moveris, quàm in aliud? Atqui illa ipsa est naturalis inclinatio, quæ sese opponit remediis, & quò est naturaliter vehementior, eo vehementius sese opponit. Quod est enim magis naturale & proprium, tam altè infixum est & insitum in ipso animo, ut vix deponi possit; vix suadetur esse malum, vix advertitur quoties in illud peccetur; vix creditur fieri posse etiam cum gratia, ut inde animus avertatur, adeò placet illud objectum, vel oppositum displicet, ut statim ex proposita specie, affectio moveatur in amorem vel odium, unde cæteræ passionibus excitantur quibus ita implicatur animus, ut vix locus super sit. Gratia & libertati ad recipiendam sanitatem.

*Cum sanare vellem Israël, revelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samaria, quia operati sunt mendacium, & fur ingressus est spolians, latrunculus foris.* Osee. 7.

Tria ista, *Israël, Ephraim & Samaria*, pro eodem à Propheta ponuntur; & sensus est, tunc apparere iniquitatem & malitiam peccatoris, cum sanatur à Deo: quia cum sanare vellet Deus quod in ipso gravius est, in hoc ipso magis ei resistit, quod est propriè & verè esse malum seu iniquum & peccatorem gravissimum. Deinde verò quia peccator petit à Deo sanitatem, & nonnulla etiam sibi facere videtur ad hunc finem, quia tamen non facit quæ vellet Deus, idcirco operatur mendacium, mendax est & simulatus in sua illa præterita voluntate sanitatis. Denique fur est intus, & latrunculus foris, id est naturalis inclinatio, & objectum connaturale, quæ duo simul tam aptè inter se conveniunt, & colligantur, ut expugnent & spolient omnem gratiam, & remedia quævis excludant.

Est certè quid efficacius Superbo, quam humiliatio? quid Inde voto aptius quam Oratio? quid Guloso, quid Avaro quàm temperantia & liberalitas? At propone sua unicuique remedia, nonne tum illi exandescunt, nonne in Medicum effrentur? quia scilicet nihil minus volunt, quàm



quàm quod inclinationi naturali magis repugnat, cum tamen nihil sit aptius ad illam curandam, quàm quod ipsi repugnat. Nonne hinc evidenter patet, illum esse morbum, quem minus sanari volumus, & in quo curando magis Christo resistimus? Numquid te miserum crederes, si te Christus desereret! At tu si Christum curantem deseris, numquid times te deserendū?

### III. PUNCTUM.

**Q**UOD gravius igitur in te est malum, & in quo curando maximè Christus elaborat, hoc minus sanari vis. Quia illa tua est affectio naturalis vehementior, cui sanandæ opposita remedia magis conveniunt, & illa sunt quæ minus libenter recipis. *Cælestis medicus, inquit S. Gregorius Papa, singulis quibusque vitiis obviantia adhibet medicamenta. Nam sicut arte medicina calida frigidis, frigida calidis curantur: ita Dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis, ut lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracundis mansuetudinem, elatis præciperet humilitatem.*

Hom. 32.  
in Evāg.

Patretur quidem lubricus se humiliari, & elatus continentiam fortè non recusaret: sed lubrico persanando necessaria est continentia; & elato humilitas; alioquin neuter sanabitur. Et

quamdiu quisque, quod sibi est necessarium ad sanitatem recusabit, non potest dici velle sanari, quantoque acrius id recusabit, tanto dicitur verius sanari nolle. Quæcunque porro alia sibi conquirat remedia, frustra conquirat, frustra multiplicat; *sanitas non erit ei*, quia non est sanitas nisi per remedia opportuna; cum verò non sint opportuna nisi quæ sunt opposita morbo, frustra conquirat alia.

*Hæc dicit Dominus; insanabilis fractura tua, pessima plaga tua, curationum utilitas non est tibi, Ier. 30.*

quid clamas super contritione tuâ? *insanabilis est dolor tuus: Non quidem Deo, si uterere remediis quæ tibi offert, sed tibi est insanabilis, qui hæc fugiendo remedia, putas te posse curari aliis; Itane ageres in ægritudine corporis? Itane tibi corpus, plusquam anima; terra plusquam cælum; & tempus plusquam æternitas? Hæc revolve attentius: & in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. Averte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Hæc si dicuntur à Scriptura pro sanitate corporis, quanto magis pro salute animæ? Si tanta cura agitur, ut aliquando plus vivatur, inquit S. Augustinus, quomodo agendum est, ut semper vivatur?*

Eccles. 3.

Serm. 64.  
de verbis  
Dom.

Vide in 3. parte, Feria quinta infra hebdomadam nonam.

## FERIA SEXTA.

### DE PRODUCTO AB EVANGELISTA, PROPHETÆ TESTIMONIO, IN QUO DOMINUS ELECTUS DEI SERVUS DECLARATUR.

*Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo benè complacuit anima  
meæ. Matth. 12.*

*Ecce servus meus suscipiam eum. electus meus, complacuit sibi in  
illo anima mea. II. 42.*

#### VERITAS PRACTICA.

In parvis, major est servi Dei fidelitas.

**RATIO EST.** Quia tunc major videtur esse servi fidelitas, quando is constantius, & purius Domini sui rationes respicit, & non suas. Sed in parvis præcipue rebus hæc præstat servus Dei.

*Ergo in parvis major est servi Dei fidelitas: qua proinde præstanda est ut debetur.*

#### I. PUNCTUM.

**C**ONSPIRANTIBUS contra Jesum Pharisæis, secessit aliò Dominus, & secuti sunt cum multi, quos omnes curavit, ut supra visum est. His verò enarratis ad-



dit Evangelista; Et praecepit eis, ne manifestum eum facerent, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem: *Ecce puer meus, quem elegi dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea, ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit: non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinem quassatam non confringet, & lignum sumigans non extinguet, donec eiciat ad victoriam iudicium; & in nomine eius gentes sperabunt.*

In quo quidem Prophetae testimonio cum multa consideratione dignissima, tum illud praefertim, quod Dominus electus Dei Puer seu Servus declaratur, in rebus valde exiguis. Quid est enim illud, secessisse aliò, nec se manifestari velle, ut propterea fuerit adimpletum, quod Propheta praedixerat, futurum eum electum Dei servum? Revera quidem adimplevit, quod praedictum fuit, non contendit, non clamavit, non resistit repugnantibus sibi Pharisaeis, cessit tempori, cessit invidiæ, nihil contra retulit. Sed ad eam magnum est & Divinum non contendere, non clamare, non audiri, ut propterea Dominus singulariter **ELECTUS DEI SERVUS** appelletur? Sic plane est; *In parvis major est servi Dei fidelitas.* Quod de Christo jam patet ex illo testimonio: de nobis autem hac ratione declaratur.

In confesso est apud omnes, quod in eo potissimum consistat servi fidelitas, si constanter & pure Domini sui rationes respiciat & non suas; atque adeò quo is constantius & purius sic se geret erga Dominum suum, eo fidelior servus charior semper habebitur.

Duo hæc indivisim requiruntur, constantia & puritas. Constantia quidem, quia longè aliud est per plures annos integritatem suam probasse, quam per aliquot dies aut menses. Longè aliud est in multis aut quotidianis negotiis, quam in uno aut altero; longè aliud deo que semper fuisse integrum, quam aliquoties. Sic se Jacob Socero suo Labano probabat; *Viginti annis fui tecum: oves tuas & capra steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec caprum à bestia ostendi tibi, ego dimnum omne reddidam quidquid furto peribat à me exigebas, die noctisque, astu urebar & gelu furebar, quo somnus ab oculis meis sic que per viginti annos in domo tua tibi servivi.* Hoc est esse constantem, hoc est esse fidellem ex hac parte.

Iam verò ex alia, Puritas æquè attenditur, quando scilicet servus non tam mandata respicit, quam ipsum mandantem. Nam in mandatis spectari potest commoditas, vel incommoditas, honor vel ignominia, facilitas vel difficultas; Qui verò suis, commodis aut incommodis permoveretur, longè ab illa fidelitate servi, qui solas Domini rationes respicit nulla sui habita ratione; nec tam ille servit Domino suo quam suis commodis. Esto id omne exequatur, quod mandat Dominus, quia tamen dum in mandato respicit facilitatem & honorem, atque id propterea libentius exequitur, quam si difficile esset aut probrosum; certe multum detrahit de integritate fidelis servi, praesertim apud Deum, qui animum potius respicit, quo res fiunt, quam res ipsas. Sic S. Hieronymus ad Celantiam: *Prudentissimus est, inquit, qui non tam considerat, quod iustum est, quam illum qui iusserit, nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem.* In imperante, Deum; in imperio, autem sese homo attendit, Qualis verò distantia est Dei & hominis, tale est eius servi discrimen qui pure Deum respicit, & eius qui non ita Deum spectat in omnibus.

## II. PUNCTUM.

**S**ED in parvis precipuè rebus hoc præstat servus Dei, id est manifestus se ostendit constantem & se pure respicere Mandantem potius, quam mandata.

Nam primò de constantia, cum frequentius occurrant parva quam magna, certe in parvis etiam facilius est se constantem probare, quam in magnis? Esto enim occurrant aliquando magna, in quibus sis fidelis, at cum dictum sit, non ex uno aut altero casu fidelitatem probari, sed ex multis; quis non videt multa illa quotidie in parvis tantum rebus evenire, ubi se probabilem servus exhibeat?

Deinde verò de Puritate quæ Imperans potius respicitur, quam imperium, aperte patet in parvis rebus, ubi nihil adeò spectandum cernitur, quod animum pelliciat ad sui considerationem, sicut in magnis. Neque enim illic magnus proventus aut iactura magna: non inde ullum decus, aut aliqua gravis injuria; unde si quis parva & quotidiana illa constanter, & quæ potest solitudine ac diligentia perficiat, profectò indicabit se unum Imperantem pure respicere, se uni Deo intendere, se illi uni adherere, & cum

Ep. 20.

Gen. 31.



*Pf. 72.* & cum Davide posse dicere; *Quid enim mihi est in caelo, & à te quid volui super terram? defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. ALII sibi partes faciunt de rebus humanis, inquit S. Augustinus, clamet populus Dei, PARS MEA DEVS MEVS. Non ad tempus pars mea, sed pars mea Deus in saecula.*

## III. PUNCTUM.

*Matt. 25.* **I**N parva major est igitur servi Dei fidelitas, quam in magnis; Quia in illis major constantia, & puritas cultus Dei spectatur, in quibus tota consilii fidelitas. *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Non commemorat Dominus, quæ magna servus egerit, quia ubi agitur de commendanda fidelitate servi, declarandum sibi dumtaxat id videtur, in quo est sita illa fidelitas, ut alii servi doceantur & excitentur ad illam exercendam.

*Luc. 16.* Sic rursus alibi Dominus: *Qui fidelis est in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est;* Quali aperte diceret, non à magnis, sed à parvis rebus dignoscitur fidelitas servi, quia sæpè contingit, ut qui in magnis fidelis est, non sit in parvis; vix autem sit ut qui in parvis sit fidelis, non sit in magnis. Et sic primi hominis tentata est fidelitas in te exigua; qualis est pomi esus. Sic primi Judæorum regis in mora & expectatione Samuelis per unam aut alteram horam. Sic plura suppetere aliorum exempla, quibus Domini sententia confirmetur, sed ipse Dominus in se ipso suisque rebus gestis longè id evidentius manifestat, quàm in aliis. Cum enim vellet indicare, quàm se constanter & accuratè fidelem exhiberet in observanda lege, peribit, inquit, potius cælum & terra, quin omnia fiant usque ad unum Jota vel unum apicem. Cùmque ex veteri testamento referuntur in novo, quæ ab eo erant observanda refert ea præcipuè voluit quæ spectabant res minimas, ut cum veltus a sino Jerosolymam ingrederetur; cum in cruce potare-

*1. Reg. 13.*

*Matth. 5.*

*Zacch. 9.*

*Pf. 21.*

tur felle & aceto; cum ejus vestimenta dividerentur; cum hæc inquam, & similia referantur ab Evangelistis, quæ in divinis ejus factis non sunt præcipua, præcipuè tamen additur, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas, Quasi magna voce diceretur, advertendum id in primis esse quàm Christus Dominus fidelis fuerit in his minimis, ut sic fidelitatem ejus imitemur.

Quin & ipse Deus Optimus Maximus, *Qui* *If. 40.* *appendit tribus digitis molem terra, id est, tribus his Attributis universum regie mundum, Sapientiâ Bonitate & Potentiâ, nonne hæc in minimis magis elucere facis, quàm in magnis? Nonne magis mirandum, quod omnes capitis nostri capillos habeat numeratos, & ad folium arboris decidens advertat animum, quam quod homines regat & Angelos? Nonne ad Bonitatem suam maxime declarandam, sic Sponsus sponsæ loquitur: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui? Quid mihi nuntius uno crine? Nonne ad potentiam denique manifestandam illud divini Augustini valet dictum: Deus creat minima corpore, acuta sensu animantia ut majori attentione stupeamus agilitatem muscæ volantis, quàm magnitudinem Jumentis gradientis: ampliusque miremur opera formicarum, quàm onera Camelorum.**

Sic Deus magnum se nobis probare voluit in parvis rebus, quare illi nos magis in istis, nos qui tam parvi sumus. Si quid magnum peteret, excusare posses tuam parvitatem, nunc verò cum parva petat, quid excusabis? Dices forte illa esse indigna Deo, sed putasne tua majora, digna esse Deo, nisi ea Deus acceptare dignaretur? Nunc verò cum parva non modo libens acceptet, sed te totum ex parvis metiatur, arque ex fidelitate tua iudicium de te ferat: quid est quod illa non reddas? *Qui timet Deum, nihil negligit.* Expende quæ illa sint quæ negligas, quantumque sit arguenda talis negligentia, in re tam facili simul & tam pretiosa.

Vide in 3. parte, Sabbato infra hebdomadam quartam.

SABBA-



## S A B B A T O.

AD HÆC S. JOANNIS BAPTISTÆ  
VERBA, DE CHRISTO DOMINO.*Qui habet sponsam, sponsus est.* Joan. 3.

## VERITAS PRACTICA.

Hæc sponsæ fides est, ut sicut neminem præter sponsum velit diligere, ita velit à nullo diligi.

RATIO EST, Quod idcirco neminem præter sponsum velit sponsa diligere, ut sic sponsa tota sit sponso, prout exigunt leges spiritualis matrimonii.

Sed nisi sponsa vellet à nullo diligi, non sic esset tota sponso, ut esse debet.

Ergo hæc sponsæ fides est, ut sicut neminem præter sponsum velit diligere, ita velit à nullo diligi. Quod tamen valde rarum est, ac proinde diligentiùs procurandum.

## I. P U N C T U M.

**A**D hæc circiter tempora revocandum est, quod sanctus Evangelista refert de Christo Domino baptizante in Judæa, quod cum discipuli sancti Joannis Baptistæ animadvertenter, adierunt Magistrum suum, & dixerunt ei; Rabbi, *Qui eras tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum: Respondit Joannes & dixit; Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de caelo, ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi, qui stans & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi, hoc ergo gaudium meum impletum est: illum oportet crescere, me autem minui. Qui de sursum venit, super omnes est.*

Videri possunt quæ plura sequuntur in textu, & ex singulis fructus est decerpendus, qui cuique proprius sit. Ad omnes autem maximè spectat, quod Christus SPONSUS dicitur, sponsus quidem Ecclesiæ universalis, atque in particulari cujusque animæ, quam sibi in lacta-

Hayneusue Pars prima,

mentis despondet, & propriam facit, juxta illud Propheta; *Sponsabo te mihi in fide;* quo nomine non tantum intelligitur fides, quæ dicitur Theologica, sed humana illa fides seu fidelitas, quæ solet inter conjuges dari & servari.

Ac de fide Sponsi Jesu non est dubium, quia se arctius obliget ad diligendam & fovendam illam animam, quam sibi sponsam facit. Neque item dubitari potest quin servet fidem suam, ille fidelitas permanet, inquit Apostolus, *negare se ipsum non potest.* De fide autem animæ quanta incertitudo, quanta pericula! de hac propterea magis est cogitandum. *Hac porro sponsæ fides est seu fidelitas præstanda sponso, ut sicut neminem præter sponsum velit diligere, ita velit à nullo diligi.*

Major difficultas quoad intellectum & voluntatem videtur esse, quòd sponsa velit à nullo diligi; atque idcirco, ut id apertius declararetur, sic formatur Veritas & conficitur ejus ratio, ut constet parem & eandem esse obligationem ex lege spiritualis hujus conjugii, sive ut nullum sponsa diligit præter Sponsum, sive ut à nullo alio velit ipsa diligi.

Quid est enim quod sponsa præter sponsum neminem diligit, nisi quod ratione de sponsationis novo quodam jure sic tota est Sponsi, ut se totaliter & totà se ipsa illum diligit, nihil ut super sit dilectionis ad alium, nisi prout Sponsus permittet & ordinabit? Sic exprèsse dicitur: *Dilectus meus mihi, & ego illi. EGO dilecto meo, & ad me conversio Jesu.* Hoc est ita proprium & essentialè huic conjugio, ut in hac mutua donatione totius dilectionis, maximè situm & stabilitum esse conjugium videatur. Sic propterea sponsus sibi sponsam despondisse dicitur, cum se ipsum totum pro ea dedit, ut sic etiam intelligeret anima, nunc se illi traditam in sponsam, cum se totam illi daret. Unde Apostolus: *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans laacro aqua in verbo vite, ut exhiberet*

Ej

exhiberet



exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.

Et certe si inter Conjuges talis debet esse donatio alterius ad alterum, ut jam non sint duo, sed unum: quod non tantum de corpore, sed de corde seu dilectione intelligendum est, adeo ut nulla sit par dilectio sicut conjugum, nec parentes ipsi sint tam impense diligendi, ut expressè docet sanctus Thomas; proptereaque dictum sit: *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una;* Quantò id magis requiritur inter Christum & animam, non modò ratione dignitatis Christi, sed ipsius Conjugij spiritualis, cujus figura & representatio quædam est carnale conjugium, & humana inter Conjuges dilectio & sociatio? Nam in re figurata plus semper inest, quam in figura. O quam præclare virgo & Martyr Agnes *Hæc sponsi injuria est, expectare placituram. Rectene hoc intelligis? rectene ita sentis?*

## II. PUNCTUM.

*S*ed nisi sponsa velit à nullo diligi, non sic erit tota Sponsa, ut esse debet.

Temperari debet hæc propositio, sicut & præcedens, inter duo extrema dilectionis, ut nec condemnetur ordinata dilectio inter homines, de qua nullo modo hic agitur: nec inordinata illa tantum condemnetur quæ valde vitiosa est, & rara inter spirituales viros: sed alia quædam minus inordinata intelligatur affectio, quæ nimis frequens est viris etiam spiritualibus, nondum tamen plenè mortificatis, quæ scilicet volumus diligi, æstimari, magnificari, aut saltem nolumus negligi & contemni, atque ita sæpè angamur & sollicitemur animo, num bene alij de nobis sentiant, nullo alio ad id inquirendum per moti motivo, nisi amoris proprii & naturalis illius inclinationis, quæ unusquisque seipsum nimis diligit. Hoc est quod sponsa Christi non inquit, hoc est quod non laborat & cogitat, hic est denique sensus quo dicitur nisi sponsa velit à nullo diligi, non sic erit tota Sponsa, ut esse debet; Nam sic volendo diligi ab aliis, nimis inordinatè se diligit, Et hæc inordinata sui dilectio, dividit illam à totalitate, seu à tota seipsa quam debet sponso, sicque aliena est à dilectione sponsi, sicut inordinatus amor alterius. Cur enim veteratur dilectio alterius, nisi quia sic divi-

deretur quæ indivisa esse debet, sponsi dilectio, & per hanc divisionem tantum detrahere: ut de toto quod illi debetur, quantum alteri concederetur? unde si anima similiter per amorem sui ipsius, se ab amore sponsi dividat, cur non æquè veteratur iste sui amor, atque amor alterius?

Quod eò quidem magis verum est, quod amor sui ipsius sit fundamentum, & radix amoris alterius, qui cum inordinatè amatur, ut supponimus, non amatur nisi amore concupiscentiæ, id est, amore proprio, & amore sui ipsius: Unde à fortiori videretur hic amor proprius magis cavendus: *Volo vos, inquit Apostolus, sine sollicitudine esse, qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.* Expende illud, & divisus est, quasi diceretur; En malum alieni amoris quod amantem sollicitet, & his sollicitationibus ac curis dividat ab unico illò objecto, quod amari debet & in quo cetera sunt amanda. Unde manifestè patet, quod undecunque importuna illa sollicitudo proveniat, æquè damnosa est, cum hoc uno sit damnosa, quod animura sollicitet & dividat. At verò si velis amari, nonne sic eris sollicitus an ametis ut vis, an plus te alius diligatur, an præ illo contemnatur? Nonne hoc aliquando sensit? nonne hoc timuisti? nonne, sic in amore Christi divisus fuisti? *Omnis domus divisa contra se, non stabit, dicit Dominus.*

## III. PUNCTUM.

*H*ÆC estigitur sponsa fides, & præstanda sponso fidelitas, ut sicut neminem præter sponsum velit diligere, sic velit à nullo diligi: Quia quod in hac desponsatione primum ac pene unicum est, ut Sponsa tota sit Sponso, sicut Sponsus totus est sponsæ, perinde uno violatur atque alio. Neque enim aliter violatur, quam quod totalis dilectio dividatur aut minuatur: dividitur autem æquè ex illo amore sui, quo anima vult ab alio diligi, atque ex illo amore, quo alium diligit. Nam æquè occupatur, æquè secum sollicitatur & angitur an ametur, a que si amet. *Adulteri, nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus Dei constituitur.* Vide ut adulterium vocetur ista inordinata mundi amicitia, quia scilicet sic fides data Sponso violatur;

Non



Non est autem mundi amicitia, velle tantum diligere, sed etiam velle diligere, imò in hoc præcipue mundus diligitur, ut à mundo diligamur, hoc est quod præsertim præterit concupiscentia. Sicut vero non esset alienum ab amore divino, si sic à mundo diligaris ut non rependas mundanam dilectionem, sic planè, si diligis mundum, aut si à mundo vis diligere, tam pugnat cum amore divino, cum amore sponsæ ad sponsum, quàm repugnat integritati cordis, seu integritati & totali dilectioni, quam sponsa debet sponso.

*Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit; si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus: Quasi diceret, hoc idem est vos meos esse toros, atque, in odio mundi esse, quia unum scæpe ex alio sequitur. Et tamen tu vis illa conjungere: Et Christi simul esse & mundi! Vide quàm longè sis à charitate, quæ vellet Chri-*

stum ab omnibus & omnino diligere. Cùm enim ab aliquo vis singulariter diligere, tum Cor illius à quo vis diligere, subtrahis Christo Domino, sicut tuum subtrahitur, quando aliquem diligis præter Christum. Erubescet de hac perfidia, & sine te moveri his Sponsi tui vocibus: *Tu formisata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, dicit Dominus; Et ego suscipiam te; Revertere avertat Israel, ait Dominus, & non avertam faciem meam à vobis: verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum pravavocata es, & dispersisti vias tuas alienis. Vide caput octavum libri secundi de Imitatione Christi: Ubi hæc ad verbum, Numquam cupias singulariter laudari vel amari, quia hoc solus Dei est qui similem sibi non habet. Nec velis quod aliquis in corde suo tecum occupetur, neque tu cum alienis occuperis amore. SED SIT JESUS IN TE, ET IN OMNI BONO HOMINE.*

FINIS PRIMÆ PARTIS, IN VITAM  
DOMINI JESV.



FF 2

VERI-



VERITATES  
PRACTICÆ.

AD DIES FESTOS SANCTORVM  
QVÆ INCIDVNT IN HANC  
PRIMAM PARTEM.

IN FESTO SANCTI ANDREÆ  
APOSTOLI.

AD HÆC EJUS VERBA:

O Bona CRUX.

VERITAS PRACTICA.

Crux non esset bona, nisi bonum esset, Cruciatu.

SENSVS Veritatis duplex est: primus, Crux non esset bona, nisi conferetur, & reputaretur bonum cruciari, quando cruciatus bono fine, & modo sumitur. Secundus, non esset Crux bona, nisi sic fieret bonum cruciari, aut nisi bonus esset cruciatus per bonum finem & modum, quo debet sumi.

RATIO autem pro utroque sensu est, quod non est Crux bona nisi in bono suo effectu.

Sed non esset bonus ejus effectus, nisi esset bonum cruciari, quo sensu dictum est.

Ergo neque crux esset bona, nisi bonum esset cruciari; Et tamen quam multi hoc esse bonum negant qui bonam crucem predicant!

I. P U N C T U M.

MULTA sunt quidem, quæ S. Andream multum commendent. Primum enim primus ex omnibus Apostolis sequutus est Christum Dominum, atque etiam ante ipsum Apostolorum Principem

Petrum, quem ipse adduxit ad Jesum. Occursus Andream primus contigit, cum minor esset Petrus tempore atatus, inquit Epiphanius. Deinde vero tanti erat apud Christum meriti, ut cum Gentiles desiderio videndi Domini ad Philippam accessissent; Philippus Andream prius adiret, cum quo simul Dominum conveniret. Denique iam insignis fuit ejus modestia & humilitas, ut cum talis tantusque vir esset, nunquam indignè tulerit, sibi præferri fratrem suum Petrum, minoris ætate, & occursum Christi, ut dictum est.

Verum quæ duæ res, verè magnos & sanctos efficiunt, MULTA AGERE, ET MULTA PATI, hæ duæ sunt, quæ hunc sanctum Apostolum præcipuè, & insigniter admirabilem faciunt. Dùm enim in Scythia, in Epiro, in Thracia, atque in Achaia disseminando Evangelio labores suos gloriosissime poneret, tanto patiendi desiderio flagrabat, quantum indicant hæ præclaræ voces, quibus ad mortem ductus, mortis suæ trophæum est alloquutus: O bona Crux, quæ decorem ex membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, & jam cœsupiscenti animo præparata securus, & gaudens venio ad te, ita & tu exultans suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te.

Joan. 6.

Epiph.  
Hæresis.  
Joan. 12.

VIDE-



*In Vigilia S. Andr.* **VIDETIS**, ait S. Bernardus, quia non se capit pro magnitudine gaudij! Ita inquit, **ET TV EXPL-TANS.** Ergone tanta est exultatio, ut exules & ipsa Crux?

Ex quibus, & alijs pro animi devotione expensis, illud ad fructum & praxim præcipue colligendum est, quàm verè bona Crux sit dicenda, aut potius, *Quàm verè nulla crux bona sit, nisi sit bonum Cruciari*, quo sensu declaratum est.

Sic autem demonstratur, quia non est Crux bona, nisi in bono suo effectu. Quid est enim per sese Crux, si ab ea bonum tollas effectum? Quid est nisi lignum, & infame mortis instrumentum, quod in scripturis dicitur, *Maledictum, & Maledictus omnis qui pendet in ligno*? Nonne propterea Christus affixus est cruci, tanquam supplicio ad omnem cruciatum, vel ad omnem infamiam, quod excogitari possit, extremo? Quid est autem, quod postea crucem illam bonam, & omni colendam cultu dicimus, nisi ex bono quem inde Christus produxit effectu? O quantas illi debemus gratias, qui ut nos de maledicto redimeret, factus est pro nobis maledictum!

**II. PUNCTUM.**

**S**ED non esset bonus crucis effectus, nisi esset bonum cruciari, hoc sensu, ut dum bono fine & modo cruciamur, sic cruciari sit laudabile & gloriosum; neque etiam aliter sit laudabile, nisi bono fine & convenienti modo cruciemur.

Tam multi quidem sunt Crucis effectus, quanti sunt & ipsius Christi Domini Mortis, quam in cruce perferre voluit, sed illi omnes parum profunt ad salutem & perfectionem, nisi hunc afferant fructum, ut reputetur bonum & gloriosum cruciari, quando scilicet cruciatus bono fine & modo assumitur. Nam hic est veluti finis & scopus, quod, alij effectus referuntur, ut ex Cruce videbatur, seu ex Christo pendente in cruce discamus sic cum eo pati, sicque **BONUM ET GLORIOSUM ESSE PATI** pro Dei gloria & pro æterna salute, sicut Christus propterea in cruce passus est.

Decorem certè & dignitatem ex Christi membris sancta Crux retulit, ut dicebat sanctus Andreas? Sed quem effectum habet ille decor, & illa dignitas, nisi ut cum eodem Apostolo crucem amemus, & bonum esse in cruce pati & mori credamus? Neque profecto aliter decorem & dignitatem ex membris Christi, Crux retulit,

nisi quia Christus crucem suo sacro sacravit corpore, quod cruci affigi voluit? At nonne simul sacros fecit cruciatus, quos non minus in cruce pertulit, quàm ipsam crucem? Dicam amplius, quod si propter quod unumquodque tale est, & illud magis; certè videtur Cruciatum sacrator esse factus à Christo Domino, quàm ipsa sacra Crux, quod non nisi propter cruciatum Christus crucem ascenderit, neque crux altera nostra est salus, quàm quod in ea Christus sit cruciatus, adeo ut ipse Christi Cruciatum, sit primò nostra salus, tum deinde ab illo Crux communicationem nominis & fructus hauriat. *Hoc enim sentire in vobis*, inquit Apostolus, *quod & in Christo Iesu!* Quis sensus Christi patientis? an talis tuus?

**QUOD** verò non sit aliter bonum cruciari nisi ex bono fine, & bono modo, id est nisi patienter cruciatum feramus, id apertius est, quam ut probetur fusiùs. De fine quidem sic egregiè S. Augustinus contra Manichæos, qui se multis affligebant modis. *Quaro à vobis quo fine faciatu?* tum post multa de boni finis habendi necessitate; De *Catilina*, inquit, *memoria proditum est, quod frigus, sitim, famem ferre poterat; hac erant illi spurco sacrilegoue, etiam cum Apostolis nostris communia; unde ergo discernitur Parricida iste ab Apostolis nostris, nisi sine illo quem diverrissimum sequebatur?*

De modo autem sic liceat dicere; Cùm in inferno damnati clamant se lassatos fuisse in via iniquitatis & perditionis; & ambulasse vias difficiles, undenam hi discernuntur à Beatis, qui labore suo beatitudinem consequuti sunt, nisi ex diverso quo laborarunt modo? Neque alij est differentia vitij & virtutis, seu patientiæ & impatientiæ, meriti & demeriti, quàm ex fine & modo patiendi. Nonne pœnam eandem uterque Latro cruci affixus cum Christo tolerabat? At nonne eiusdem pœnæ exitus longè fuit diversus unde verò illa diversitas, nisi ex diverso patiendi modo? Quis denique fuerit diversus ille patiendi modus, considera, & utrisimilior existas in pœnistuis.

**III. PUNCTUM.**

**CRUX** ergo non esset bona nisi bonum esset cruciari, quo sensu & qua ratione consideratum est ab effectu crucis, qui totus eo recidit, ut de pœnis præclare sentiamus, & eas fortiter toleremus; aut certè nullus sit nobis crucis fructus;



Phil. 3.

Nec crucem illi bonam verè prædicare possunt, qui bonum negent cruciari. Hi nempe sunt *inimici crucis Christi*, quos deflet Apostolus, qui licet crucem laudent, vituperant tamen cruciatum, nec quidquam libenter pariuntur, *quorum sine interitu, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

Hic te ipsum nosce, hic te proba, teque interroga, quid sentis de ligno Crucis? Sanctumne putas ac colendum? sed quid sentis de adverso casu? Iam sanctum ac bonum dices, sicut ipsum crucis lignum? Itane cum sancto Andree: O bona crux! Sic planè sentiendum ac dicendum esset: sed quia longè est alius sensus

tuus, sed quia non nisi doles & murmuras in adversis, quasi mala sint & non bona; hoc habeto, nisi respicias, te non aliter verè posse de ipso crucis ligno dicere, bonam esse crucem, quia videlicet bonitas crucis in hoc est, ut bonam aduersitatem credas: quam nisi bonam esse credideris, bonam esse crucem negas. O quanta est necessitas tolerandi cuiuslibet aduersi calus! quanta est scilicet sacrae colendæ crucis!

Vide in festis Inventionis, & Exaltationis S. Crucis, itè in 2. parte infra hebdomadam Passionis: Ubi plures de Cruce propènuatur Veritates.

Die 2.  
Decemb.

DE S. FRANCISCO XAVERIO.  
SOC. IESV, INDIARVM APOSTOLO.  
AD HÆC EJUS VERBA, CUM AGERETUR DE BONIS  
SENSIBILIBUS ABSTINENDIS.

*Satis est Domine, satis est.  
Et cum de malis sustinendis:  
Amplius, Amplius.*

*Signa Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia.  
2. Corinth. 12.*

VERITAS PRACTICA.

Hæc sunt Apostolatus & perfectioris vitæ duo signa certiora, velle abstinere libenter ab omnibus bonis, & omnia mala sustinere.

RATIO EST. Quia certiora perfectioris, & Apostolatus signa sunt in omni patientia. Atqui hæc est omnis patientia, velle abstinere ab omnibus bonis, & omnia mala sustinere. Ergo & hæc sunt Apostolatus, & perfectioris vitæ duo signa certiora, quæ in sancto Francisco Xaverio eminent luculentissime, & quæ nobis, nostro in statu proponuntur imitanda.

I. PUNCTUM.

TAM multa sunt in sancto Francisco, quæ ad omnis sanctitatis & perfectionis exempla considerentur, ut nisi quibusdam terminis contineantur, considerari

fructuosè non possint. Continentur autem altissimè hoc sacro Apostoli nomine, quod non tantum duodecim illis electis à Domino convenit, sed & pluribus aliis communicatur. *Salutate*, inquit Apostolus, *Andronicum & Iuniam, qui sunt nobiles in Apostolis.* Quotquot enim se strenuè impendebant in proximorum salutem, hi Apostoli aut Apostolici viri dicebantur. Sed quia tamen non omnes paribus animis in hoc sancto desudabant opere, quicumque non sincere Christum annuntiabant, vocabantur *Pseudo-Apostoli, operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi*, ut ait S. Paulus. *Phil. 1. 2. Cor. 3.*

Ac propterea, ut veri à falsis disgnoscerentur, erant certa signa, quibus quodammodo probarentur & tentarentur, unde illa commendatio Episcopi Ephesioi in Apocalypsi: *Scio operatua, & laborem & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos, & non sunt: & invenisti eos mendaces.* *Apc. 2.*

Quæ-



Quænam porro illa erant signa certiora? Hæc videlicet duo, quæ ex sancto Xaverio, in veritatem propositam derivantur: *Libenter abstinere ab omnibus bonis sensibilibus; & omnia mala sustinere propter Evangelium, propter electos, propter salutem proximi*: Quæ certe consideratio non minus erit utilis consideranti, quam gloria sancto Indiarum Apostolo, cuius inde Apostolatus gloria manifestè elucescit.

Ratio autem deducitur ex S. Paulo, qui pro se dicere apud Corinthios cum cogeret signa, inquit, *Apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patientia*: quasi diceret, probatus sum omnibus modis qui patientiam exercent, & quibus solent probari veri Apostoli. Jam enim præmiserat quod fusè describit, *in laboribus plurimis, in carceribus abundans, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, in labore & ærumna, in fame & sitis, in frigore & nuditate*; Quibus copiosè declaratis, sic concludit; *Nihil minus fui ab eis, qui sunt supra modum Apostoli, tamen si nihil sum, signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigiis, & virtutibus.*

Signa quidem seu miracula iungebantur patientiæ, sed ut optimè notat S. Joannes Chrysostomus: *Non signa mirabilia Apostolos effecerunt: multi enim qui demones ejiciebant, quia peccatores erant, nihil tale fecerunt, sed puniti sunt: Quid est igitur, quod vos magnos ostendit? pecuniarum contemptus, gloria & spectus, ab omnibus vicia hujus negotii ereptio: quæ si non habuissent, etiam si mortuos suscitassent, non solum nullos juvissent, sed etiam seductores existimati fuissent: O quam multi falluntur, qui prætextu juvandi proximi, nolunt aliquid pati, cum nihil æquè faciat ad juvandum proximum, quam patientia.*

## II. PUNCTUM.

**S**ED in his duobus actibus omnis patientia continetur, libenter abstinere ab omnibus bonis sensibilibus; & mala omnia sustinere, sicut libenter abstinet, & sustinet S. Franciscus Xaverius.

Nam cum omnis patientia versetur circa ea, quæ sunt carni aut animo contraria, nihil autem sit contrarium, quàm vel privari bonis, quæ naturaliter appetimus: vel sustinere mala, quæ re fugimus; profectò hinc manifestè sequitur, quod omnis patientia in his duobus actibus continetur, quos Christus Dominus, celeberrimè

suâ illâ sententiâ complexus est, quæ se sequentes monet, *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie*. Est enim abnegare se ipsū, abstinere bonis sensibilibus; & est tollere crucem, sustinere mala, sicut alibi fusius exponetur.

Sic S. Prosper agens de fortitudine seu patientia; *Quæ si virtus, inquit, esset, fortiter etiam talibus blandimentis repugnaret, nec acquiesceret mollibus, quæ adjuvante Domino dura quaque vel aspera superasset.*

Quàm eximius autem fuerit S. Franciscus in his duobus actibus, patet ex duobus illis dictis, quæ primo hujus considerationis aditæ proponuntur, & ex illius factis totâ vitâ sequentibus. Cum enim abundaret cœlestibus deliciis & gaudiis, *satis est Domino*, inquebat, *satis est*. Quasi diceret, oportet me istis etiam abstinere bonis spiritualibus, ne quid sit boni sensibilis, quod me tantisper detineat ab indefesso labore juvandi proximi, & quo me non libenter privè ad illius salutem. Cum verò illi objicerentur pericula & incendia & mortes, & quidquid horrorem potest incurere: *Amplius*, ajebat, *amplius*. adeò sitiens erat laborum, ut quidquid pateretur, sitim patiendi acueret potius, quàm expleret, aut quam robur animi quoquo modo retunderet.

Atque hæc universim dicuntur de duobus illis primariis Patientiæ, seu Fortitudinis actibus: Nam qui vellet particulatim de his ipsis edoceri, quàm eximius in utroque fuerit S. Franciscus, oporteret primum eorum Caput quod in abstinendo ponitur, sua in membra partiri, quæ spectant Abstinentiæ circa triplex genus boni sensibilis, quod est *honoris, commoditatum, & voluptatis*. Oporteret contemplari quanta fuerit ejus humilitas, quæ honores speravit, quanta paupertas, quæ commoditates negligit, quanta mortificatio, quæ voluptates abhorret. Oporteret denique revolvè quid de tribus illis virtutibus, eodem ordine recensitis, colligatur in ea Relatione quæ de rebus ab eo gestis juridice est instituta, cum de illo in Sanctorum numerum referendo, ageretur. Illic enim ad amissim sic revocata sunt omnia, nihil ut prorsus in medium adducatur, quod non suis Authenticis & probatissimis, quantum quidem accuratè fieri potuit, nitatur testimoniis.

Sic porro de illius humilitate paucis perstringitur: *Humilitatis dono, sanctitatis fundamento, amplissimè dotatū fuisse ostenditur, cum in interna & externa mirificè excelleret. Ac primo, de.*

Lnc. 9.

De vita  
Contēpt.  
c. 20.Hom. 46.  
in Matt.



Ac primò, demississimè de seipso sentiebat, se vilissimum omnium, & peccatorem maximè reputabat, omnibus inferiorem se esse affirmabat, & nihil erat tam vile & abjectum quo se dignum non putaret: nihil honorificum quo se indignum non iudicaret: ita ut nulli præesse veller, sed omnibus subesse cuperet, omnesque propterea ut superiores reuereretur.

Secundò eandem probavit Humilitatem, honorifica quaque penitus spernendo, ad suas laudes non secus ac alii ad proba erubescens. Si quid esset unde laus ipsi aliqua posset pervenire, ut in faciendis miraculis studiosè id factis & verbis celebrabat, & sociorum, aliorumque meritis & intercessionibus adscribebat.

Authoritatem amplissimam Legati Apostolici qua instructus in Indiam missus fuerat, non solum non iactavit, sed data opera texit, quasi gladium in vagina, adeò ut per decem annos, nemo illum Nuncium Apostolicum sciverit præter Episcopum Goanum, nec nisi semel, ultimo quasi remedio, ad Dei gloriam procurandam, ea potestate usus est, re prius cum Episcopo Goano communicata, & illius permissa arbitrio.

Eadem humilitas ostenditur ex propria sui abiectione: nam Christum imitatus cum d. ves esset, omnium egensus fieri voluit, & dum laute ex suo posset, ex alieno, precario victitare maluit: abjectissimo vestitu semper usus. Patet etiam ex quotidianis exercitiis & actionibus quibus sollicitam operam præstitit, tam in Indica navigatione quam in domibus hospitium India, v. lora quæq; ministeria, ut jam dictum est, hilariter & spondè eligendo. Ex humili reverentia ostenditur, quò semper veneratus est Episcopos, Sacerdotes, & superiores quoscunque, adeò ut cum beato Ignatio suo Superiori scriberet, non nisi gentibus flexis scriberet, reverentia causa. Multa quoque sunt alia ex quibus planissimè colligitur, Christi vestigia Xaverium fuisse sequutum, qui de se dixit: Mitis sum, & humilis corde.

Tum vtiò de paupertate consequenter. Paupertatem Evangelicam quam vorit, perfectissimè ab illo servatà fuisse demonstrat ratio vita quam semper servavit in victu, vestitu, suppellectili, itineribus, habitatione. Victus namque fuit parcissimè, non eo solum ut corpus affligeret, sed etiam ut voto paupertatis satisfaceret, utque verum pauperem ageret, quodcumque sibi ab aliis ultrò subministrabatur, & ea que solitus erat ipse per se mendicare, aliis pauperibus distribuere, contentus ipse quolibet vile cibo, & pane obruto, ut latius di-

cernis, dum de poenitentia agitur. In vestitu vero, non minùs tenax paupertatis apparuit: erat enim plerumque atrivitus, refartus, & assummentis interfectus in summa optimarum vestium copia, qua certatim illi ab omnibus offerebantur. In suppellectili præterea, ejus paupertas, nudi namque erant parietes, lectulus potius ad arcendum somnum apertus quàm ad conciliandum, utpote sine culcitra, sine lodicibus, vilibus tantum stragulis duro cervicali adjuncto; & præter ista, non aliud quidpiam erat in cubiculo, quàm pauci libri sibi vel aliis necessarii.

In itineribus conficiendis, qua tam multa, tam difficilia fuere, tot longinquis peregrinationibus in ultimas terras susceptis, studium paupertatis suum maximè probavit, nullo alio vectore quàm baculo pro equo & vehiculo usus est: pedes semper incedendo, & non raro sine calcis, sine alio tegumento plantarum: Viaticum non in pera & sacculo, sed in Dei benignitate, & aliena pietate, repositum habebat: nullum secum ferre solitus, nisi ubi per deserta & in via loca esset incedendum: & tunc nil aliud parabat quàm cibum castrensem & castigatissimum, & in toto longo ac impedito itinere Meacensi, assa tantum victitavit oriza, nec viatoris vestes luculentiores erant quàm cibus, adeò pannosus se in viam dabat, ut aliquando pueris ridiculo esset. E Lusitania in Indiam solvens precario semper in navì victitavit, nec ab illo instituto precibus Regii Prætoris, ullatenus ab ausu passus est. Idem institutum in navigationibus reliquis servavit: nunquam aliò divertere solebat, quàm in publicas domos Hospitalium, ut quemadmodum precario vesceretur, ita mendicatio hospitaretur. Hoc in Italia, hoc in Lusitania, hoc in India semper præstitit.

Denique de mortificatione & Poenitentia, quod est postremum è tribus abstinendi generibus, sic eodem contextu pergitur: Mortificationis studium, & opera poenitentia in eo tales fuisse constat, quales ad insignem & excellentem requiruntur sanctitatem. Primò, eximia fuit in eo abstinencia cibi, cum non solum carnis & vini, sed etiam panis triticeï usum procul à se abdicaverit. In privata domo, & quoties apud alios non vesceretur, de industria insulsis & vilibus utebatur cibus, ac parcissimè.

Secundò, manifestè colligitur ex maceratione carnis: corpus enim frequentissimè flagellis cadebat, quandoque aneo filo contextis, qua etiam ferreus punctis & stellulis de industria exasperabat, ita ut sanguinem copiosè profunderet. Somno non-

nisi



vix brevissimo corpus recreabat, incommodè vel humi, vel fane nauico jacens, vel lectulo vilibus stragulis, ut supra dictum est, parato; reliquum noctis orationi & contemplationi dabat, vel agros visendus. Quin exera solitum suam, longè plura vel majora poenitentia opera exercebat; sapiens namque per plures dies, ab omni cibo abstinuit, & aliquando à Dominica Passionis, usque ad Sabbatum majoris hebdomada, sæpè per biduum vel triduum, quandoque per quatuor totos dies, præsertim in principio sua conversionis; quando etiam, ut doloris sensu magis cruciaretur, funiculis sibi adeo arctè coarctatis & lacertos constrinxit, ut cum plures dies eo in cruciatu iter agenda perseverasset, animo repente destitutus præ doloris magnitudine, in media via conciderit, vinculis in carnem tam aliè depressis, ut medici vulnus insanabile iudicaverint, adum quo de eius vita esset, nisi miraculosè vincula rupta fuissent, sine ope artis humane.

Sic itaque quod primum Patientiæ caput spectabat, in abstinentia bonorum sensibilium, patet evidenter quàm fuerit suis omnibus numeris absolutum, in sancto Francisco Xaverio; unde restat, ut quid de altero quod est in forti malorum omnium tolerantia constitutum, in eadem relatione referatur, audiamus. Sic porò habet, coherenter ad præcedentia. **FORTITUDINE, MAGNANIMITATE & PATIENTIA** in laboribus tolerandis, & superandis, heroicè & insigniter à Deo dotatus fuit. Mundum vici sui ipsius abnegatione, Christum sequutus, honores & dignitates sibi oblatas spreuit constanter: vitam religiosam vilem & pauperem elegit, & fortiter retinuit: eluxitque sæpè ejus animi fortitudo, quod sagæ & pustulis pauperum mendicorum lavatis, aquam ipsam qua illas abluerat non semel biberit.

Nec solum tam gloriosa de seipso victoria ejus emicuit in victis animus, sed etiam in aggreddendis rebus arduis propter Dei amorem, & in superandis difficultatibus, longinquas regiones ac provincias adiit, vita spreto periculo, nec barbarum & esserum in hospites Incolarum ingenium timuit ad Christianam mansuetudinem invitare, à quibus sibi mortem paratam esse audiebat. Ab anno millesimo quingentesimo quadragésimo primo, quo in Indiam navigavit, usque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum secundum, quo diem clausit extremum, multas diversarum nationum & linguarum provincias predicandi Evangelii causa peragravit, *contra dicit Haynensue pars prima.*

etiam ob assiduos labores morbis gravissimis; sapiens naufragium passus est, æstus, frigus, nuditas, vigiliarum, sitis, famis incommoda diutissime sustinuit: nudis pedibus inserit vepres & scentes longissima itinera perfecit: contumelias, probris, irrisionibus, & omnis generis illusionibus, & injuriis appetitus, verbera insuper, lapidationes ac sputa passus, omnia semper non solum æquo animo, sed sibi plaudente, illius verè discipulus qui Apostolus dixit: **CUM** vos oderint homines & cum separaverint vos, & expronaverint, & ejecerint Nomen vestrum tanquam malum propter Filium hominis, gaudete, & exultate, Deoque propterea in omnibus gratias hilari & humilis agebat, & pro illis foribus ac persecutoribus deprecabatur.

Quæ quidem omnia confirmantur ex iis quæ de ipsius charitate in Deum, & proximum jam paulò antè ibi fuerant memorata, his verbis sanè obliervandis: Ostenditur eadem charitas per extinctionem timoris in subeundis periculis, & arduis operibus aggrediendis, amore Dei: nam perfecta Charitas foras mittit timorem. Ille verò tantum absuit à timore, ut propter Deum non timuerit naufragium, peregrinationes per in via & deserta loca non formidaverit: nec feros Ethnicorum mores expaverit, quamvis ab omnibus, uno consensu, exitium ei imminere denuntiaretur. Nec minus elucet ejus eximia in Deum charitas ex contemptu rerum humanarum & mortis, qui in tota hujus servus Dei vita ita elucet, ut verè cum Apostolo posset dicere: **QUIS** nos separabit à Charitate Christi: Tribulatio, an Angustia, an famis, an nuditas, an periculum, &c. In his omnibus superamus propter eum qui diligit nos.

Hæc sunt expressa verba Relationis factæ in Consistorio, coram summo Pontifice, à Cardinale Montensi, ex quibus tam manifestè Theſis simul & Hypothesis declarantur, ut quàm apertum est in abstinendo & sustinendo propter salutem proximi, contineri omnem patientiam Apostolicam, tam apertè liqueat sanctum Franciscum Xaverium in utroque simul excelluisse. O quales nos saltem pro salute nostra deceret esse; cum Ille tantùm laboraverit pro salute aliena!

### III. PUNCTUM.

**SIVE** igitur universim spectemus veritatem propositam, certa manet & constans;

Gg

Hæc



Hæc esse Apostoli & perfectioris vite duo signa certiora, VELLE abstinere libenter ab omnibus bonis: Et omnia mala sustinere, quia in his duobus omnis perficitur Patientia; Patientia autem, inquit sanctus Jacobus, omne opus perfectum habet. Sive particulatim illam veritatem consideremus in Apostolico nostro Viro, non minus certa est & rata fixaque veritas, hæc ejus esse Apostolatus & perfectissimæ vitæ signa notissima: Unde in ipso primo memoratæ Relationis vestibulo, postquam productus est ille de Apostolis psalmi decimi octavi versiculus: In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terra verba eorum: Tunc sic pergit sacer Relator: Hos inter, servus Dei Francisco Xaverius ita eluxit, ut in eo divini oraculi pars illa impleta esse videretur: Et in fines orbis terra verba eorum. Divino enim beneficio segregatus in Evangelium Dei quâ immensa patent Oceani littora, ad Orientem solem deduxit sonum Apostolorum, & in fines orbis terra, verba eorum. Nam ut taceam Indes, Brachmanas & Malabares ad quos aliqua Evangelii fama olim emanavit, & multorum sæculorum atatibus oblitterata, Xaverii prædicatione revixit: Ipse primus Paravis, Malais, Iais, Acenis, Mindanais, Molucensibus ac Japonibus Apostolico sanè spiritu & virtute, Evangelicæ lucis fulgorem induxit, & salutem annuntiavit: Ultra quas Provincias ad Orientem solem nihil reliquum orbis terrarum habet.

Et nonnullis interjectis: Hoc nomen Apostolicum, factis primùm in Lusitania obtinuit, deinde in India, Japonia, Sina & reliquis Orientalis Provincis conservavit. Communi enim omnium consensu, non nisi Apostolus nominatur, meritoque tam honorifica appellatione dignus censetur, qui Apostolico sanè spiritu in tot Provincis Evangelium prædicavit, ita Domino cooperante, & sermonem servi sui confirmante sequentibus signis, ut multa centena hominum millia doctrina & miraculis, Apostolorum miraculis simillimis, ab idolorum servitute ad veram libertatem filiorum Dei traduxerit, in fide instituerit, & propriâ manu baptizaverit, inter quos Reges ac Principes non pauci numerantur. Quod Apostoli nomen ab hominibus seruo suo tributum, insigni miraculo Deus confirmasse videtur, cum illi non solum miraculorum sed etiam linguarum dona concesserit, quibus olim Apostoles Ierosolymis ad prædicationem Evangelii armavit.

De quo linguarum dono sic paulò post idem expressius: Diverfarum namque gentium linguis, quas non didicerat cum eas Evangelii causa adiret, ita eleganter & expeditè loquebatur, ac si ibi natus & educatus esset: & contigit non raro, ut eum concionantem diverfarum nationum homines suâ quisque lingua planè & politè loquentem audiverit, id quod pro maximo miraculo ab ea gente habitum non solum: auxit venerationem Xaverii, sed multos etiam ad fidem convertit: Voluit enim Deus qui illum ad prædicationem Evangelii in illis Provinciis segregavit, ut sicut in cæteris Apostolicum spiritum acceperat, sic etiam dono linguarum Apostolis similis esset: & ut non solum spiritus fervore eximio, sed etiam variis linguis magnalia Dei ubique loqueretur.

Ac demùm in eâ oratione quæ fuit habita coram eodem Summo Pontifice, & quæ Relationi subiungitur, sic Orator paucis omnia contenti ahendo: Nec contentus, inquit, tot ubique locorum terras, tot maria docendis populis perustrasse, tot insulas, Provincias, regna Deo peperisse, à capite rem exorsus, in Sinas expeditionem adornat, atque emerso iterum Oceano in Sancianum insulam, Sinis proximam defertur, Sinarum claustra severissimis quamquam legibus, custodiisque firmata tentaturus, ubi derelictus simul ab interprete, simul ab hospite, morbo correptus, deserta in insula, in humili tugurio, in magna rerum omnium inopia, hoc unum agerrimè ferens se juvandorum hominum aditum prohiberi; cæterum Dei desiderio vivendi, supra modum incensus, annos natus quinquaginta quinque decennio post suum in Indiam adventu, quarto ante Ignati obitum anno, sanctissimè moritur: Indiarum Apostoli nomen consecutus, non tam aliorum prædicationibus, aut Lusitanorum, Indorumque consensu p. pulorum, quàm propriis virtutibus, quibus se Apostolorum ad vitam conformavit, ac donis atque miraculis, quibus ad Apostolorum gloriam extulit illum Deus, adè ut toto Oriente, non alio nomine quam Sanctus atque Apostolus appellaretur ab omnibus, etiam ab Ethnicis, qui ad ejus sepulchrum accedere venerabundè, ejusque opem implorare consueverunt.

Verùm ad nos redeamus, & quantam unusquisque partem in hac Apostoli dignitate consequitur, seu quantum quisque à sanctis & Apostolicis viris in suum velit derivare profectum, tantum imitari conetur hunc verè sanctum & Apo-



Apostolicum Virum, non in linguatum aut miraculorum dono, sed in abstinendo & sustinendo. Tota vitæ Christianæ disciplina duobus hinc constat capitibus, *Abstine & sustine*: Abstine à sensibilibus bonis: Sustine mala opposita. Quia videlicet illa sunt duo tantum, quæ nos retardent, aut boni sensibilibus cupiditas, aut mali metus. Nonne hoc experitis, si quid boni operis est exequendum! Nonne inde est quidquid omittis boni, vel quidquid committis mali? Visne hoc etiam scire apertius? Audi sanctum Augustinum: *Omnia peccata dua res faciunt: in homine, Cupiditas, & Timor; Cogitare, discutite, interrogate corda vestra, perscrutimini conscientias, videte utrum possint esse peccata, nisi aut cupiendo aut timendo. Proponitur tibi premium ut pecces, id est, quod te deleat, facis propter quod cupis: Sed forte non induceris donis, terreatur tibi; facies propter quod times. Si cupiditas non valuit, forte timor valebit. Porro autem si de Scripturis contra cupiditatem venit tibi in mentem, quid prodest homini si totum lu-*

*cretur mundum, anima verò suum detrimentum patiat! veniat etiam contra timorem in mentem. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Ex quibus vides quanti reformat abstinere & sustinere, cum inde vel virtutes universæ, vel peccata omnia enascantur.*

Sic idem S. Augustinus de Christo Domino: *Omnia qua habere cupientes non rectè vivebamus, carendo viti: fecit: omnia qua vitare cupientes à studio de viabamus veritatis, perpetuo deiecit: Non enim ullum peccatum committi potest, nisi dum appetuntur ea qua ille contempsit, aut fugiuntur ea qua ille sustinuit.*

Quid magis oppositum Christo, quid magis indignum est Apostolico viro, quid magis alienum à sectatoribus Apostolorum, quàm sectari quod fugit Christus, aut fugere quod est sectatus? Hæc tu ipse fugies & illa ipse sectaberis, nisi omni studio & contentione abstineras, & sustineras.

in Ps. 79.

Matt. 16.

Die 6.  
Decemb.

## IN FESTO S. NICOLAI EPISCOPI ET CONFESSORIS.

*Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Ait illi Dominus eius; Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Matth. 25.*

### VERITAS PRACTICA.

Nunquam melius sibi providet fidelis Dei servus, quàm si nihil sibi retinens, totum se Domino, suaque omnia consecrat.

*RATIO EST, Quia dum Dei servus nihil sibi retinet, divinam ad se provocat benignitatem.*

*Sed non melius sibi providet, quàm sic provocando ad se divinam Benignitatem.*

*Ergo nunquam melius sibi providet fidelis Dei servus, quàm si nihil sibi retinens, totum se Domino suaque omnia consecrat. Quod paucis his verbis S. Hieronymus clarè complexus est: Optimus dispensator est, qui sibi nihil reservat.*

### I. PUNCTUM.

**T**AMETSI hæc Evangelium de quinque talentis, commune est omnibus Confessoribus, Episcopis seu Pontificibus: peculiari tamen ratione referri potest ad S. Nicolaum, cujus quinque talenta quæ accepit à Domino, sigillatim memorari possunt; quinque item quæ superlucratum est: ac postremo quinque, quibus insuper à Domino ad nostrum subsidium liberaliter & magnificè est insignitus. Habentur illa fusiùs in meditatione de eo edita, unde hæc breviter referuntur.

Primo quidem, de quinque talentis acceptis, Primum fuit, bonæ indolis, seu nativæ propensio

Gg 2

in



Sap. 8.

in bonum, poteratque illud Sapientis usurpare, *puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.* Secundum fuit, cor docile & tractabile, ut à quibus regendus esset, facillimè regeretur. Tertium, aversio & fuga pravi malorum confortij. Quartum, per facile ad scientias comparandas ingenium. Quintum, facundia naturalis & ingenita, ut posset verè dicere, *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo.*

Is. 50.

Deinde verò quinque alia quæ superlucratu est talenta, hæc recensentur. Primum: applicatio bonæ indolis ad omne genus bonorum operum ad orationem, ad jejunium & eleemosynam, in quibus piis exercendis operibus insignis fuit à pueritia. Secundò, docilitatem suam non modò puer exercebat erga superiores, sed vir factus & creatus Episcopus sese aliis Episcopis summittebat, ut penè nihil ageret, nisi ex consilio duorum aut trium, quos sibi propterea elegerat consulendos. Tertio, quam improborum fugam & aversionem jam à primis annis vehementem senserat, sic in dies expertus est vehementiorem, ut ab Episcopatu in desertum migrare cogitaret, atque etiam demigrasset, nisi voce divina retentus audivisset, se posse saluari in medio nationis pravae. Quarto, facilitate ingenij ad scientias, scientiam sacrarum, scripturarum, scientiam sanctorum & salutis scientiam animæ, sibi cumularè comparavit. Quintò, facundiam naturalem, exercitatione frequenti tam potentem & efficacem reddidit, ut non minùs valeret in dissuadendis erroribus contra Fidem, quam in persuadendis Christianæ Religionis veritatibus.

Serm. de S. Nicola.

Postremò denique, quæ à Domino præter Beatitudinem, & Gloriam essentialem, sit munera consecutus, & gratias in humanum genus conferendas, tanto in numero celebrantur, S. Bernardus affirmet, post memoriam Virginis singularis, nullum esse, qui memoretur dulcius, aut invocetur frequentius; Ex his tamen recensentur quinque favores præcipui. Primus, sterili partum impettare. Secundus, captivos captivitate liberare. Tertius, tempestates maris sedare. Quartus, balsamum è corpore, ad omnem morbum curandum; profunderè. Quintus, desperatos peccatores ab ipsis inferorum ereptos faucibus, ad meliorem vitam revocare.

Hæc sunt, & multa alia, supra quæ constitu-

tus est fidelis Christi servus, sanctus Nicolaus, qui cum neglectis suis privatis rationibus uni Domino serviendo vacaret, sua magis promovit, quam si suis solum intendisset, Hinc orta est veritas, quæ modò expendenda proponitur, Ut in quocunque vitæ genere quis versetur, *nunquam melius sibi provideat, quam si nihil sibi retinens, nullâ sui ratione habitâ; totum se Domino suaque omnia dedat & consecret.*

Ratio est perspicua, quia cum Dei servus, sic Deo servit torus, ut nihil planè sibi reservet, divinam in se provocat benignitatem. Deus est quidem dives in omnes, etiam antequam quid mereantur, imò etiam postquam demerentur, sed in eos præcipuè divitias Bonitatis suæ explicare, qui sint in se liberales & munifici, nemo dubitare potest, quin dubitet de Dei Bonitate & æquitate. Nam si tu qui hæc meditaris aut legis, nolles tibi exprobrari hominem aliquem suis stipendiis tibi servientem egestate opprimi, cum posses eum sustentare: quid putas de Bonitate Dei ad tuam comparata? Itane te bonum credes, ut quod humanæ est bonitatis nolis omittere; Et non credes Deum ita esse bonum? Oporteret illum aut nescire, aut non posse, aut non velle adesse homini, sic sibi servienti. Utrum ex his dices? Non duo prima; nam illi detrahere scientiam & potentiam, nimis capitale est, & blasphemum. Unde restat tertium, quòd nolit. At vide quàm sit istud longè capitalius, cum magis directè pugnet contra Bonitatem Dei, cujus proprius actus est velle bonum. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quantum magis pater vester.*

## II. PUNCTUM.

**S**ED non melius sibi providere potest Dei servus, quàm sic provocando divinam Benignitatem. Unde enim habet homo, ut bene sibi providere possit? nempe ex his tribus: primò quòd naturaliter bene sibi velit, deinde quòd sciat quid sit sibi utile; ac postremò quòd id possit. Qui foeliciores sunt in his tribus, hi foelicius & melius sibi suisque rebus provident. At quantumcunque foelices in his, & periti possint esse homines, quis dubitet Deum longè in omnibus eminentiorem esse? An nescis ipsum tibi melius bene velle, quàm tu tibi? An ignoras ipsum melius nosse quid tibi sit utile, quàm tu id noscas? Ipsum denique

que



que quam tu possis, melius posse. Unde planè sequitur, ut quanto Deus homine est melior, sapientior & potentior, tanto melius homini provideatur à Deo, quam ab homine; ac proinde cum hæc ille habeat divinam Providentiam, qui sibi divinam procuravit benignitatem; quis non videt non posse aliter melius sibi provideri? *Converimini & videbitis*, inquit Propheta, *quid sit inter justum & impium; & inter servientem Deo, & non servientem ei.*

Matth. 3.

III. PUNCTUM.

**S**IC est igitur, ut habet Veritas: Nunquam melius sibi providet Dei servus, quam si nihil sibi retinens totum se, suaque omnia Deo dedat & consecret. Sic enim divinam benignitatem & providentiam sibi conciliat, quæ tantò est aptior nostris rebus feliciter procurandis, quo Deus major est homine. *Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis*, inquit S. Petrus, cui conformiter Apostolus: *Scio cui credidi & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.* quasi diceret, quod est valde observandum; non hic expecto tales ejus providentiæ & fidelitatis effectus, ut nihil eorum quæ ad hanc præsentem vitam spectant, decesse possit; cum & ipsa præsens vita sit tandem desitura: Sed hoc scio, & certus sum, quòd quidquid boni vel mali accidat, hoc totum rectè ordinet, & provideat in illum diem, qui nun-

1. Pet. 5.

2. Tim. 1.

quam desiturus est, & ad quem nisi omnia nostra dirigantur, non possunt dici feliciter succedere, aut bene provisà esse. *Quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat?* Hæc est itaque una rei nostræ felicitas, si felicitati æternæ coaptamur & disponimur. Quod cum maximè & indubitatè provideat divina Benignitas illis potissimum, qui sibi fidunt & totos tradunt: certè hi sunt qui sibi maximè provident, dum nihil sibi reservant, ut toti illius sint, qui hoc unum expectat, ut eos tanquam suos in suam ipse felicitatem rectè ducat, & introducat. *Intra in gaudium Domini tui: O quale gaudium! qualis introitus! quid non propterea dandum esset, si emi posset? Et tamen vanale est*, inquit S. Augustinus, *emè si vis, non multum exasctues de re magna propter pretii magnitudinem: tantum valet, quantum habes. Noli quarere quid habeas, sed qualis sis; res ista tanti valet, quantum es tu! Tu da, & habebis illam.* Hoc est nihil tibi de te reserva in Christi servitio, & habebis Christum, qui vera Via est ad æternam illam Vitam.


LUC. 9.

Matt. 25.

Serm. 64.

de verbis


Dom.



Gg 3

IN





IN F E S T O

Die 8.  
Decemb.

C O N C E P T I O N I S  
B. M A R I Æ V I R G I N I S.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4.

VERITAS PRACTICA.

Conceptio sine macula non potest verè colicum macula.

V E L S I C

Prævaricatorem esse oportet, qui Conceptionem sine macula, colat cum macula.

SENSVS est, quòd quisquis aliquam in se agnoscat peccati seu depravati affectus maculam, quam non velit deponere, non potest verè colere Conceptionem Beatissimæ Virginis, sicut hodie colenda proponitur sine ulla peccati macula: aut si hanc colat cum macula, prævaricator sic reputandus, juxta illud Davidis, Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ.

Pf. 118.

RATIO EST, Quia prævaricator is dicitur qui contra id agit quòd proficitur.

Sed qui colendo Conceptionem sine macula, non vult deponere quam in se agnoscat maculam, contra id agit quòd proficitur.

Ergo cum prævaricatorem esse oportet, aut ne tam infami se inficiat nomine, deponat maculam, quisquis conceptam sine macula velit colere Beatam Virginem.

I. P U N C T U M.



UOD piè credatur, & quòd colendum hodie proponitur de Conceptione Beatissimæ Virginis, sic breviter habe & contem-plate. Illo ipso primo instanti, quo creata ejus anima infundenda erat formato corpori, in utero beatæ Annæ Matris, atque ut cæteræ animæ, in originale peccatum jam jam lapsura erat; prævenit

Deus hunc lethalem lapsum, & Gratiâ sanctificante quæ cum tali peccato repugnat, ita illam animam præmunivit, ut sancta simul ac concepta fuerit, unde ejus Conceptio dicitur immaculata, id est absque ulla profus peccati macula; unde illi hæc ex Cantico, & sacris Psalms ab Ecclesia concinuntur: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; QVAM pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis; Id est in ipso primo exortu. Sanctificavit tabernaculum suum altissimus: Deus in medio ejus non commovebitur: adjuvabit eam Deus mane diluculo. Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terræ: Arcum conteret & confringet arma; Id est nulla erit repugnantia carnis cum spiritu, quandoquidem nullam est peccatum, quòd est origo & fomes talis repugnantia, Quæ est ista terra, inquit Richardus Victorinus, de qua bella omnia auferuntur, nisi illa de qua Idem Propheta, veritas de terra orta est, Cæteris sanctis præcipitur, ut in mortali eorum corpore peccatum non regnet, soli virginis singulariter datur, ut mortale corpus ejus peccatum non inhabitet.

Cant. 4.  
Ibid. 6.

Pf. 45.

Lib. de  
Emma-  
nuele.

His & similibus aliis cogitationibus & affectionibus immaculatum hunc Beatissimæ Virginis Ortum saluta, venerare, & omni pietatis officio prosequere. Et verò id dignè & verè nunquam facies, nisi quam noris in te peccati maculam, hodie studeas eluere, & omninò deponere. Neque enim Conceptio sine macula, potest verè colicum macula. Prævaricantes sunt quidem omnes peccatores, sed hi tales maximè reputandi, qui cum voluntariâ peccati maculâ, immaculatam Sanctissimæ Virginis Conceptionem se colere profitentur.

Ratio quæ affertur est facilis, dum semel benè intelligatur quid sit prævaricari, seu esse prævaricatorem; Id autem Scriptura satis apertè declarat,



*Ecclesi. 7.* clarat, cum ait: *Noli prævaricari in amicum*, Id est noli quidquam comittere, quo videaris non esse eius amicus, cu iuste tamen amicum profiteris, *If. 43.* Et alibi: *Interpres tui prævaricati sunt in me*, id est, cum præ se ferret explicare legem, aliter interpretati sunt ac explicanda erat: vel suis ipsius operibus destruxerunt, quod astruebant interpretando legem, cum aliter viverent, quam vivendam ex lege scirent. Sic aptè Apostolus: *Si qua destruxi, iterum hac aedifico, prævaricatorum me constituo*. Ex quibus manifestè patet prævaricatorem cum dici, qui aliud agit, & aliud proficitur. Quod est valde probrosum. *De Symbolo ad Catec.* Deprehenderis & detegeris Christiane, inquit sanctus Augustinus, quando aliud agis, & aliud profiteris.

## II. PUNCTUM.

**S**ED qui colendo Conceptionem sine macula, non vult deponere quam in se agnoscit peccati maculam, contra id quod agit proficitur, seu aliud agit & aliud proficitur.

Quid est enim colere Conceptionem sine macula, quam profiteris, & præ se ferre quod esse sine macula, sit tam magnum, tam laudabile, tamque divinum, ut æstimetur à nobis religiosè colendum & celebrandum? Et certè ita est, nulla par dignitas, nullæ divitiæ, nullus honor aut gloria, nullum denique creatum bonum potest venire in comparationem immaculatæ animæ. Nam si de sapientia sic Sapiens loquitur; *proposui illam regibus & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum assimilabitur argentum in conspectu illius*: Quotid id magis verum de Gratia, cujus minimus gradus tanto supra sapientiam & omnia creata bona præminet, quanto ipsa sapientia cæteris præstat bonis.

*Ecclesi.* Sic aptè Ecclesiasticus: *Quam magnus, inquit, qui invenit sapientiam & scientiam, sed non est super timentem Dominum. Timor Dei se super omnia superposuit*; Quasi diceret, quidquid magni & admirandi cogites de homine nisi voluntariâ culpâ vacet, quantum quidem per Dei gratiam vacare potest, non est ille vir tantus quantum est timentis Deum, qui se illo timore vel à contrahendi peccati macula continet, vel contractam quam citò potest deponit, quia puritas vitæ præstat omnibus æstimandis; quan-

tumcunque sintilla pretiosa. *Omnis ponderatio, Ibid. 26.* ait Idem, *non est digna continentis anima.*

Atque hanc integerrimam vitæ puritatem tanti æstimabat sapientissima Virgo, ut ipsi Maternitati divinæ non dubitaret eam præponere unde si optio illi data fuisset eligendi, aut maternitatem Dei cum peccato originali, vel cum alia demum peccati macula; aut immaculatam puritatem sine maternitate Dei; maluisset pura esse sine Dei maternitate, quam mater esse sine tali puritate. Quod ex eius responsione ad Angelum, facile est colligere, *quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?*

Nec erat alius Filij eius, Domini nostri sensus cum diceret nuntianti matrem adesse; *Qua est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Vel cum invoclamati, *beatus venter qui te portavit, & ubera qua suxisti*, responderet, *quimmo, beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud*. Nam sic indicabat, ut interpretatur S. Augustinus, & alii, *beatiorum esse virginem, & digno titulo suam esse matrem, quod sancta esset, quam quod præcisè sua mater esset. Nec materna, inquit, propinquitas Maria profuisset, nisi feliciter Christum corde, quam carne gestasset.*

Hoc est igitur quod profiteamur hodie, cum Beatissimæ Virginis Conceptionem sine macula colimus; hoc est quod in ea colitur, *purum scilicet, & immaculatum esse*, quod est certè colendum. Itane verò id colis, qui quam in te agnoscis peccati maculam, non vis deponere?

Hoc quidem profiteris, sed nonne aliud agis, & aliud profiteris? Cur enim peccati maculam retines; nisi aliquid in peccato tibi placeat, & quod probatum velles ab omnibus? At verò si est aliquid quod in peccato placere & probari possit, quid est quod esse absque peccato sit ita laudabile, sicut laudatur hodie in immaculata Virgine, & sicut tu ipse celebrandum profiteris?

Si de originis peccato duntaxat ageretur, si de aliquo veniali, quo vix ullus eximitur: tolerari res posset; sed cum voluntarium ipse peccatum admittas, & admissum retineas, & approbes, atque etiam ab alijs approbatum velles, ne illud deponere cogeres? hoc est profectò tam aliud & tam diversum ab eo, quod hodie profiteris in laudata Virgine, quam peccatum & non peccatum. Tu bonum & beatum profiteris in sancta Virgine, absque peccato esse; tibi autem esse in peccato bonum & beatum censes, quandoquidem in conon remaneres, nisi tibi bonum esset. Quid illud tandem est, nisi aliud dicere



dicere & agere, atque aliud profiteri? Sunt quidem aliqua bona quae probentur in uno magis, quam in alio: sed peccatum in nullo probari potest. Divitias & honores unus cum laude contemnet, quas alius merito retinere potest; At solum est peccatum, quod nemo iure retineat, & quod nemo verè improbet, si tantillum in se probet. *Nimis odito execrationem*, Id est, quantumcunque tibi videaris eam odisse, majori etiam habenda est odio.

Ecl. 17.

## III. PUNCTUM.

**P**RAEVARICATOREM igitur eum esse oportet, qui Conceptionem sine macula colat, cum voluntaria macula. Quia in colendo talem Conceptionem, videtur eam maculam detestari, quam tamen dum in se admittit aut retinet, adeo non detestatur, ut amet & approbet, sicque aliud agit, & aliud proficitur, quod est seipsum negare, & praevaricatore constituitur; atque in offensam Dei non levem incurrit. Unde ipse per Prophetam *Ponam*, inquit, *faciem meam in eos, eo quod praevaricatores extiterint*. Sic enim videtur augeri peccatum ex mente simulata & ex duplici corde, quod apparet in probando simul & improbando peccato. Unde & rectè Sapiens: *Anima praevaricatorum iniqua*. Nam sic

Ecl. 1.

Prov. 13.

iniquè agit, & contra Deum, & contra seipsam. Neque valet quod dicas, te non amare peccatum, cum rem ipsam ames cui annexum est peccatum. Neque etiam excusatur, quod longè sit alia nostri ratio, & beatæ Virginis, à qua omnem culpam removeri dignitas ejus exigit: à nobis autem nostra conditio non ita postulat. Id enim falsum est de gravioribus & voluntariis illis culpis quas fovemus, & quas sic debemus, quantum cum gratia possumus, devitare, ut nihil putemus magis nostrum, quam, *Immaculatos nos custodire ab hoc saeculo*.

Iac. 1.

**MEMENTOTE** istud & confundamini. Redite praevaricatores ad cor: Nempè ut hæc cogitet & recogitet coram Deo, & beatissima Virgine, cui quantum vitæ Puritas placet, tam displiceat Impuritas necesse est. Effunde quas voles preces, adorna quo velis munere, sacras ejus imagines & sacras ejus ædes: Erumpe in ejus laudes quantum vis eximias, nihil agis ad ejus cultum, nisi puritatem vitæ quam maximè colit, & quæ maximè se colendam indicat, studiosius conlecteris. *Nunc ergo filii audite me, beati qui custodiunt vias meas*, BALSAMUM non mixtum odor meus: & flores mei, fructus honoris & honestatis. *Transiit ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini*. Id est, Immaculatæ meæ Conceptioni vos conformate.

Ij. 46.

Prov. 8.

Ecl. 24.

## IN EADEM DIE,

## AD ILLUD APOCALYPSIS 21.

*Non intrabit in eam aliquod coinquatum.*

## I. PUNCTUM.

**P**RIMO id dicitur de cœlesti Civitate seu Beatitudine, in quam certum est nihil nisi purum & sanctum intrare: ubi maximè adimplètur quod ait Apostolus de Christo Domino, *Qui seipsum tradidit pro Ecclesia ut illam sanctificaret, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata*.

Ephes. 5.

Ps. 45.

DEINDE vero id accommodatur beatissimæ Virgini, quæ est *Civitas Dei de qua gloriosa dicta sunt*: Et semper dici debent, ut est in Psalmo: *Et in quam non intrabit aliquod coinquatum*

sive originale sive actuale, *Quæretur peccatum Ps. 9. illius, & non invenietur*.

**DENIQUE** de eadem etiam modò id dici potest quo sensu dicimus, intrare in animum alicujus, id est, sibi benevolam & gratiosam faceret: *Sicque non intrabit in eam aliquod coinquatum*, perinde est ac dicere, nullus coinquatus eo vicio quo præcipuè inquinatur animus, nimirum Impudicus, Impurus, Immundus, & quisquis hujusmodi est affectu & habitu, nullus intrabit in animum ejus, quidquid faciat ut sibi eam benevolam & gratiosam reddat, nihil faciet, nisi mutet mentem, & impurus esse desinat. Quod ut plenius ad praxim expendatur sic est concepta,

VERITAS



## VERITAS PRACTICA.

Aut puritatem Beatissimæ Virginis neget Impurus, aut concedat se abnegatum à tam pura Virgine.

**RATIO EST,** Quia qui negat tantam esse puritatem Virginis Matris, quantum est ipsa in se puritas, negabit eius puritatem.

Sed se porro concedat talem eius puritatem, necesse est ut concedat se à tali puritate, seve à tam pura Virgine abnegatum.

Ergo aut puritatem Beatissimæ Virginis Impurus neget, aut concedat se abnegatum à tali Virgine, quorum alterutro negato vel concessa quid detestabilium? quid damnabilium?

**P**RIMA propositio non potest aliter declarari, quam exponendo talem fuisse puritatem Beatissimæ Virginis Matris, quâ illis ipsa in se potest esse puritas, id est, quanta potest cogitari maxima, id est, quanta ipsa esset pura creata Puritas, si re ipsa subsisteret. Sic enim expresse Ecclesia, dum sanctam & immaculatam laudat Virginem; Sancta, inquit, & immaculata Virginitas quibus te laudibus offeram nescio. Sic de consensu, inquit sanctus Anselmus, ut ea puritate qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret. Et d. Ambrosius: Sit vobis tamquam in Imagine descripta Virginitas, vitæ, Mariæ, de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Sic denique quidquid ad extollendam puritatem Scriptura vel in figuris obvolutum, vel in personis representatum, vel in verbis expressum habet, hoc totum sancti Patres ad sanctissimæ Virginis referunt puritatem, neque dum tamen satis eam extulisse putant. Unde est illud egregie dictum à Sophronio; Quid est mentis humana si adhiberetur, non posset cogitare quàm esset illa indefinenter affixa Deo, ut in ea nihil esset, mundanus quod violaret affectus. Vides itaque quam sit verè dictum quod Impurus negaret puritatem Virginis, qui talem ei puritatem denegaret.

## II. PUNCTUM.

**S**ED si porro Impurus talem ei concedit puritatem, contemplantur quam non minus sit certum, quod simul necesse est, ut concedat se à tam pura Virgine abnegandum & repellendum, aut iam esse abnegatum & repulsum.

Hæc usus Pars Prima.

Quod enim faceret Puritas, hoc pura Virgo faciat necessum est, si ipsa est puritas, cum se ipsam negare non possit, neque à se ipsa degenerare aut tantillum desciscere. Quid autem faceret Puritas cum Impuro? Alterutrum profectò è duobus; aut ab eo perdat, aut illum perdat, 2. Cor. 15. Neque enim, ut ait Apostolus, corruptio incorruptam possidebit. Non est ulla virtus tam sui tenax, & magis indivisa quam pura Puritas. Aut pura esse desinet si quid impurum sibi accedere patiat, aut si pura consistat, numquam illud patietur.

Patietur Humilitas asserere sibi superbum; Ferret mansuetudo iracundum; Portabit invidium Charitas; Intemperantem Temperantia sustinebit; Suum denique unaqueque Virtus oppositum utcumque tolerabit; sola est Puritas quæ simul cum impuro non potest tuta quiescere, non potest quieta subsistere. Discede à me pabulum mortis, quia iam ab alio Amatore præventus sum. Solo Impuri aspectu sic in sancta movebatur Agnetæ Puritas, ut quanguam ætate, Virgo infirma esset, virtute tamen tam robusta & constans erat, ut auderet sic loqui, sic contendere, sic certare, & vincere.

Non est pro aliis virtutibus tale institutum certamen quale pro Castimonia: Quæ, ut ait Sap. 4. in perpetuum coronata triumphat, in coinquinatorum certaminum præmium vincens. Id est, sic decertans, ut non modo se inquinari non patiat, sed neque inquinatum sibi accedere; perdat potius cuncta, quàm vel leviter attrectetur. Dabit in Josepho pallium; Dabit in alio linguam contra impurum, conspuendam; In alio dabit oculos eruendos potius quam maculandos. Et in magno Joanne dabit caput, Caput illud Sanctissimum, ne dicatur vidisse impuritatem, & tacuisse. Nam si herba quædam, si nonnullæ gemmæ, si apes cum impuro ita pugnant, ut simul non possint quiescere, quid ipsa faciet Puritas? quid ingenitus à natura rationali Pudor, vel infusus à gratia?

**HINC** tam severa Pauli contra Corinthios animadversio, quod vel unum impurum in sua secum civitate paterentur: Et vos inflatis estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit? Non eos arguit quod impuri essent, quod impuritatem consentirent, aut quoquo inde modo ad se contraherent; sed hoc unum quod illum apud se sinerent vivere, qui non pure & sanctè viveret, non quod in eodem habitarent cubiculo, non quod in eadem domo,

Hæc Pars Prima



non quod in eadem vicinia; sed quod eum tantum in eadem Civitate; licet amplissima paterentur, nec inde illum expellerent, nihil ut habere possent eum illo commercii, non tantum usu, non tantum victu, nec tantum colloquio, sed nec accessu nec visu. *Auferte*, inquit, *malum ex vobis ipsis*. Sic nempe Puritas impurum abnegat, & à se abjicit.

Ibid.

## III. PUNCTUM.

**A**UT ergo puritatem Beatissima Virginis impurus neget, aut concedat se à tali puritate abnegandum. Nam si neget eam ipsam esse Puritatem, negabit esse puritatem Virginis Matris: aut si talem illi concedat puritatem, concedat etiam necesse est, ut in ipsum Virgo exerceat quiddam Puritas exerceat, si sola per se ageret. Quid autem Puritas exerceat, nisi quod sibi tam intimum & connaturale est, ut puritas non esset, nisi oppositam impuritatem penitus abhorreret, *Qua enim participatio iustitiae cum iniquitate, aut qua societas lucis ad tenebras?* Nulla cerè, Sed tamen aliqua fieret potius lucis & tenebrarum confociatio, quam puritatis & impuritatis. Hoc est quod ipsa Virgo purissima cuidam Adolefcenti non satis casto, quondam indicavit, dum sibi preces fundenti, dapes exquisitas obtulit in vase luto & sordido comedendas. Exhorruit scilicet Adolefcentis; At illa, inquit, sic tu mihi horrorem inferis cum preces alioquin piastu

2. Cor. 6.

SIC FORTE ETIAM BREVIUS POSSET  
CONCIPI VERITAS.

Nemo amans impuritatis, amat Beatam Virginem.

**R**ATIO à priori est, quod nemo eum amare dicendus est cui non timet displicere, sua culpa, quam posset tollere. Sed amans impuritatis non timet displicere Beatae Virgini suam illam culpam gravissimam, quam posset tollere. Ergo non amat Beatam Virginem, quidquid sibi fingat.

RATIO à posteriori est, quod nemo sit amans Beatae Virgins qui ab ea non ametur. Sed amans impuritatis, non amatur à Beata Virgine. Ergo nec eius amans est: & nescit quid sit eam amare, vel amari ab illa.

Prov. 8.

EGO, inquit, diligentes me diligo, in via iustitiae ambulo, in medio semitarum iudicij, ut dicam diligentes me, & thesauros eorum repleam. Hoc est videlicet eam diligere, in iisdem iustitiae viis in

immundus & impurus offert, *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi in tabernaculo inhabitare.* Non in Esau, non in fornicatore & profano Esau, ut declaratur fufius in Festo Annuntiationis.

Ecl. 24.  
Hebr. 12.

Hoc ergo cogitet quisquis impurus accedit, purissimam Virginem oraturus, cogitet se ad ipsam Puritatem accedere, se puritati velle communicare, nec velle tamen impuritatem deponere: quod est puritatem ita offendere, ut non possit ad se accedentem non exhorrescere. *La vramini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculo meo, & venite.* Alioquin, *scitote intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in Regno Christi;* ac proinde etiam tanquam exhaeres à Regina matre, & tanquam à Sara Ismael, domo & aspectu ejectus est, depulsus est, & abnegatus. At quò tandem fugiet, offensa Virgine? sublatum est omne prorsus effugium. Vide & recole memorandam Saactorum Patrum sententiam: *Sicut enim ab illa conspectus impossibile est ut pereat sic ab illa despectus necesse est ut inserat.* Cumque illud totum damnum ex una impuritate nascatur, quis sanæ mentis & de sua salute tam parum sollicitus, ut non potius serid cogitet de munda dando corde, quam se tot damnis objiciat, tamque certis periculis? Sic dicuntur desperantes qui semetipsos tradiderunt impudicitiae, quia revera nihil desperatius, nihil deploratius. *Salva animam tuam festina, & salutare ibi.*

Is. 1.

Eph. 5.

Gen. 21.

Gal. 4.

Eph. 6. inf.

Hebr. 1.

Adv.

Eph. 4.

Gen. 19.

quibus ambulat, ambulare. Et hoc est ab ea diligere, ab ea copiose ditari, & repleti bonis celestibus. At cerè amans impuritatis non is est qui sic amet & ametur.

## ALIA VERITAS PRACTICA.

Quam in se amat Beata Virgo puritatem, in nobis amat: Et quam in se odit impuritatem, in nobis odit.

**R**ATIO est, quia quam in se amat puritatem, aut quam in se odit impuritatem, idcirco sic amat & sic odit, quia sic placet Deo: & quidquid Deo placet, ut vel amet, vel odit, sic illa semper amat & odit. Atquò



qui hoc etiam Deo placet, ut quam in se amat puritatem, in nobis amet, & quam in se odit impuritatem, in nobis oderit. Ergo illa quod in se ipsa, hoc in nobis amat & odit. Non eodem quidem in gradu puritatem amat in nobis atque in se, quia non idem gradus saltem positivus in nobis, Deo placet, sicut in illa; sed quam videt placere Deo in nobis puritatem, certe sic illa vellet & sic amat, sicut suo modo suam amat. Quid quid sit autem de positivo puritatis gradu, cum certum sit, de negativo nullum Impuritatis a-

rum & gradum voluntarium placere Deo in nobis, sic profecto illa omnem impuritatem in nobis odit, & tam vehementer odit quam in se oderat, & quam videt placere Deo, ut in nobis oderit & detestetur.

Jam vero quale est illud odium quod in se impuritatem odit? aut quale est illud quod de nobis in Deo videt cogita, recogita vehementer, ut sentias in te, quod ipsa detestetur: *Quasi Libanus non incensus vapor aui habitationem meam.* Eccles. 24.

## AD ILLA CANTICORVM VERBA.

*Sicut lilium inter spinas, sic Amica mea inter filias.* Cant. 2.

### VERITAS PRACTICA.

Quod sis tanquam spina natus, potest quidem Beata Virgo compati: Sed quod modo tanquam spina vivas inter lilia, non potest pati.

**SENSVS** infra commodius declarabitur.

**RATIO** quoad postremam partem qua sola probatione indiget, hac est, quod Beata Virgo non sic potest lubens volensque pati, seu ferre tuas culpas, quin eas improbes & omni modo insectetur.

Sed quod modo, tanquam spina vivas inter lilia, tua unius culpa est.

Ergo id illa non potest pati.

**I**MPRIMIS explicandum est quomodo in sua Conceptione Beatissima Virgo fuerit sicut Lilium inter spinas; id est qua differentia lilium a spinis differt, sic Beata Virgo a reliquis hominibus. Triplex autem notari potest differentia.

Prima, quod lilium sit aspectu pulchrum & jucundum, spinæ autem deformes strigosa, & nullo modo gratæ. Sic Beata Virgo dum est concepta in Gratia, tota gratiosa, tota pulchra, & sine macula fuit in oculis Dei. Cæteri vero infantes dum in peccato concipiuntur, & maneat, filij sunt iræ, sunt inquinati culpa quam vocant originali, & nullo modo grati.

Deinde lilium leve est, politum & suave tactu: Spinæ vero asperæ, aculeatæ & vix tractabiles. Sic Beata Virgo tota suavis est sine ullo carnis stimulo, sine ullo peccati fomite; Cæteri autem cum Apostolo ingemiscunt & dicunt, *Do-*

*mus est mihi stimulus carnis mea. VIDEO* aliam legem in membris meis, repugnantem legi mensis mea.

Denique lilium expansis in cælum foliis sursum erigitur, & recto consistit situ: Spinæ autem deorsum repunt & in terram totæ incurvantur. Sic immaculata Virgo nulli humanæ obnoxia corruptelæ, non in terra figit suas curas & cogitationes, sed in cælum, cœlestesque motus tanta facilitate fertur cum sua Gratia, quanta nos inde avocatur. Overè lilium inter spinas, o verè pulchra & suavis, & electa inter omnes, sine te tangi nostris miseris, moveat te miseranda nostra conditio. Compatietur illa quidem nostris humanis & naturalibus miseris, quibus ex aliena potius culpa subjaemus quam nostrâ, sed quod nostra culpa sumus miseri, non hoc provocat cœlestem misericordiam, sed iram excitat.

**HOC** est quod continet proposita Veritas, hoc est tanquam spinam nasci, nasci cum illis defectibus qui discernunt spinas à lilio; Et quod quidem ita sis natus, tibi compatitur: Sed quod modò tanquam spina vivas inter lilia, modò cum possis in Christo tuis resistere naturalibus concupiscentiis, sic tamen illis cedas, quasi non esset Christus: tua est culpa, tua est malitia, Quod autem sic tua culpa sit, non potest æquo pati animo, cum præsertim inter Eos vivas qui velut lilia, cœlesti puritate nitent, & quid possis cum Gratia, suo te doceat exemplo, suo comitetur præsidio.

O quantum tu te ipse distungis à Virgine! Hæc facta est lilium inter spinas, & tu inter lilia, te ultro spinam facis: *Florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam.* Ecclesi. 39.



AD HÆC PSALMI TRIGESIMI TERTII VERBA.

Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos,

VERITAS PRACTICA.

PVERIS MAXIME COMMENDANDA.

Quem docet Virgo timorem Domini, tantò melius concipitur, quantò melius edocetur immaculata Ejus Conceptio.

RATIO EST, Quia quem docet Virgo timorem Domini, tantò melius concipitur, quantò exemplum ejus quo illum timorem docet, est efficacius Sed quantò melius edocetur immaculata ejus Conceptio, tantò est efficacius ejus exemplum, quo illum timorem docet.

Ergo & quem docet Virgo timorem Domini, tantò melius concipitur, quantò melius edocetur immaculata ejus Conceptio; Ac proinde diligenter audienda est, ut de eorum in praxi sanctorum illum timorem Domini.

I. PUNCTUM.

NULLA est ætas, nulla conditio, nullusve hominum status in quo Timor Domini non sit valdè commendandus atque etiam valde necessarius, nam qui sine timore est, non poterit justificari; Et si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subvertetur domus tua. Tamen hic affectus pueros, & eos qui incipiunt vacare suæ salutis vel maxime decet & iuvat, unde dicitur, Initium sapientia, Timor Domini, & ipsa Sapientia præsertim monet: Fili, accedens ad servitutem Dei; sta in iustitia & timore. Quamobrem licet omnes Christiani dicantur, & sint filij Beatissimæ Virginis Matris, possintque revera his compelliari vocibus: Venite filij, audite me, tamen hi filij propriè sunt Pueri, vel Juniores in cultu Domini, quos optima Parens diligenter instruit, & quod primum docet est timor Domini. Venite, timorem Domini, docebo vos hic est scholarum & sodalitarum finis præcipuus ut discatur ille S. Timor, qui tanto supra scientiam & quaslibet artes excellit, quantò ipsa scientia & humana quævis sapientia, præstant cæteris caducis bonis. Jam enim audiisti Sapientem ita nobis denuntiantem: Quàm magnus qui invenit sapientiam & scientiam, sed non est super timorem Dominum. Timor Dei super omnia se sum-

Ecc. 7.

Ib. 27.

Ib. 2.

Ib. 25.

perposuit. Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei: quis tenet illum, cui assimilabitur?

Cum autem multa sint unde hic sanctus timor hauriri possit, tum ex B. Virgine, quæ est Mater pulchra dilectionis & timoris, & agnitionis, & sancta spes. Mirum certe quod illa simul esse possit Mater spei, & timoris. aut si fortè diversæ hæ affectiones diversis repræsententur mysteriis, quomodo in Conceptione timor exhiberi potest, ubi potius apparet esse spes & gaudium totius humani generis? Hoc est modò exponendum, & audienda imprimis proposita Veritas, quæ sic conjungit affectum timoris cum mysterio Conceptionis, ut non possit melius concipi sanctus ille timor, quàm intelligendo quàm sit illa pura & immaculata Virginalis Conceptio: nec utilius explicari possit hæc singularis puritas quàm ut discatur ille timor, quem Virgo docet suæ vitæ puritate. Cùm sint porò variz diversæque timoris species, delibari possent ex singulis aliqua, unde ad illum tandem deveniatur qui ad praxim est maxime opportunus, ad versiculi tensum præsertim accommodatus, atque ad fructum imprimis uberrimus, quo videlicet sic timetur & colitur Dominus, ut ab omni specie mala caveamus, si que illa scientia religiositas quæ custodiet & justificabit cor: jucunditatem ac gaudium dabit, ut ait Sapiens, id est, religiosa Conscientia, & securamens quæ est quasi jugum convivium. Hic est sanctorum timor, seu timor qui facit sanctos, nam cùm sanctitas sit vitæ puritas, neque alio suaviori simul ac efficaciore modo promoveatur illa puritas, quam sancto & casto timore Domini, verè hic est sanctorum timor de quo dicitur, Timore Dominum omnes sancti ejus; Ex misericordia ejus à progenia in progenies timoribus sum.

Ib. 24.

Ib. 1.

Prov. 16.

Ps. 33.

Luce 1.

Ecclesi. 3.

Prov. 28.

At-



Serm. 4. de  
Quadr.Lib. 2. in  
Lucam.

Atque hac in religionis parte tam insignis & eximia fuit, Beata sicut Virgo Deipara, ut cum triennis adhuc esset, secessit in templum Domini, longè à saecularibus disuncta negotiis & commerciis, *ubi necesse est, inquit S. Leo, de mundando pulvere, etiam religio corda fordescere, vel cum inde deducta est ut sponso traderetur: sola in penetralibus, ait S. Ambrosius, quam nemo virorum viderit, solus Angelus reperit, sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenerare depravaretur assatu, ab Angelo salutatur.* Eam ob causam si foras ex Charitate proeundum fuit, si visitanda cognata Elizabeth, non nisi cum festinatione pergit, unde idem S. Doctor: *Dixite Virgines non circumcurrare per alienas aedes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus.*

Sed cur non pluribus mansit? cur non eo potissimum tempore quo erat partura fecerit Elizabeth? quo plus illi auxilij delatura Virgo videbatur? Quia nempe ad insperatum sterilis partum futurus erat nimis vicinorum coneursum, nimis effusa turbæ, nimis apertus loquendi aditus, unde tum sanctus timor recessum consuluit, & maluit Virgo sanctissima, dum hæc humana fugeret consortia, servandi exemplum timoris Domini nobis dare, quàm si remaneret diutius, audacior redderet posteros qui audirent illam in medijs confutisse turbis. Vide quæ de hoc exemplo fustus in Adventu, quarta hebdomada pertractantur: Ubi non leviter expendendum quod refertur illam revelasse S. Brigitæ, quàm tota esset in hoc sancto timore Domini, unde id profectò patebit, quod in prima propositione præmittitur, tantò melius concipi timorem illum, quem suo nos exemplo docet, quantò ejus exemplum est efficacius & luculentius. Idcirco enim ne ignoraretur, palàm facere voluit & verbis tam expressis quàm sunt ista quæ retulit: *Timens vehementer, si mē ne os loqueretur, ne auris, ne oculi viderent insubstantia, timida quoque sui in silentio, & multum anxia.* Neque id semel tantum, aut in aliquo fortè periculoso loco; sed ubique & semper, cum ipsa ulterò præveniret loca & tempora, ubi metus non pateretur illam consistere. Nonne hoc est time? nonne hoc est timoris exemplum dare? nonne hoc est exemplo suo nos docere?

## II. PUNCTUM.

SED quantò melius adocetur immaculata Conceptio, tantò est efficacius ejus exemplum, quo illum timorem docet.

Nam tantò est efficacius ejus exemplum, quantò liquebit apertius, non sic illi timendum fuisse sicut nobis: Quod enim alij timeant homines in peccandi periculis, certè est quod timeant quia sunt homines vasa portantes lutea, quæ tam facile est solvi & perire, quàm proclive est concupiscentiæ, vel bonis lenocinantibus demulceri; vel malis terrentibus cedere, & in peccatum trahi; Beatissima vero Virgo non sic erat lutea & fragilis, ut timeret solvi & peccare; unde quod timeret, mirum est magis, & magis efficacax ad timorem docendum.

Nunc autem, undenam habes, undenam hauris, undenam liquet, quod illa non esset peccatis obnoxia, sicut ceteri homines? Nonne ex ejus præsertim immaculata Conceptione? Nonne quo melius intelligitur & creditur hæc ejus singulbris prærogativa, liquidius etiam patet, quàm longè fuerit ab illa causa & radice malorum omnium quæ est humana cupiditas, & inde actus ac habitus efformati? Qui enim dicit immaculatam Conceptionem, dicit nullum peccatum originis, nullum peccati fomitem, nullam prorsus malam concupiscentiam, nullam cadendi proclivitatem, nullam peccandi aptitudinem, ac proinde nullam prorsus timendi causam. Quæ tamen ex aliis ejus donis & gratiis quibus præventa fuit, possunt quoquo modo intelligi, non ita tamen apertè & dilucidè, sicut ex immaculato quem dicimus ejus ortu; nam ipsa tum mali radix est præcisæ, imò ne radix quidem ulla permixta est, sed quo instans est orta beata illius anima, hoc ipso infusa est gratia quæ dicitur Sanctificans, & lethali peccato qualis est originalis macula, plane repugnans, ut supra dictum est: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Deus in medio ejus non commovabitur, Adjuvabit eam Deus mātē d. luculo.*

Unde quantò melius hæc ejus immaculata Conceptio jam docetur & creditur, tantò magis apparet nullam fuisse causam cur timeret in peccati periculis, ubi tamen cum valde timuerit: certè hinc simul apparet ejus exemplum, quo nos timore suo timere docet, esse expressius & efficacius ad eum finem, quem intendit. *Columna cæli contremiscent & pavent ad nutum ejus; Quid nos homunculi? Quid facient tabulae firmantur columna? aut quomodo virgulae immobilia stabunt, si hujus parvioris turbine etiam cedent quasiuntur.* Sic aptè sanctus Gregorius.

Hb 3

III.

L. 1. Revere-  
lar. 10.

Ps. 45.

Job. 26.

16. Mar. 2.



## III. PUNCTUM.

**Q**UEM docet igitur Virgo timorem Domini, tanto melius concipitur, quanto melius edocetur immaculata eius Conceptio, quia tanto melius timor concipitur, quanto exemplum Beatæ Virginis, quo nos illum timorem docet, est efficacius est. est autem tanto efficacius, quanto apparet manifestius illi non ita fuisse timendum à peccato: nullibi verò id apparet evidentius quam in eius immaculata Conceptione, ex qua fortis facta est illa Mulier, quæ non timeret domui suæ à frigidibus nivis: omnes enim domestici sensus eius, sive interni sive externi, vestiti sunt duplicibus, id est, duplici gratia, qua evitaret omne malum, & faceret omne bonum.

Prov. 31.

Quare ergo sic timuit, sicut timebat? Nempe id videbat ita ordinatum esse ab Illo, cui debebat acceptam gratiam immaculatæ suæ Conceptionis: se videbat ita exemptam miseris quibus subjacemus, ut malum quidem culpæ devitaret, non pœnæ; videbat quidem se Dei gratia nunquam peccaturam, licet in mediis peccandi periculis & occasionibus versaretur, sed simul etiam videbat hanc esse Dei voluntatem, ut vel illa fugeret pericula, vel si non posset fugere, sic in illis timeret, sicut si revera peccare posset.

Hebr. 7.

Sic Christus ipse Dominus qui, ut Apostoli verbis utar, sanctus erat, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus, sicque nullo profus modo peccatum posset incurrere; vitabat tamen illa quæ sunt nobis peccandi pericula, quales sunt mundani honores, humanæ laudes, sæcularis pompa, & similia peccatorum fomenta: nec Petro sibi blandius colloquenti dubitabat respondere; *Vade post me Satana scandalum es mihi*; quasi timeret à Tentatore, quasi timeret de aliquo culpæ casu. Non quod revera judicaret inde sibi timendum esse, sed quod ita se vellent gerere, ut suo nos efformaret exemplo; sicut cum circumcidi, cum baptizari, cum tentari voluit, & turbari, cum in horto mœtere, tristari, pavere, & similes humanos affectus induit, tunc nostro pavore trepidabat, inquit S. Leo; vel ut ait S. Augustinus, *nos in se transulit, nos in se suscepit*. Id est, id in se effecit, quod in nobis futurum, aut à nobis faciendum demonstrabat.

Serm. 3.  
de Pass.  
Tract. 52,  
in Ioan.Rom. 7.  
I. Cor. 4.

Sic cum Apostolus diceret se carnalem esse, se venundatum sub peccato se non intelligere quod operaretur, nō id in propria persona dicere, sed in alio loco significat evidētius cum ait post multa

de se abjectè dicta, *hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos, ut in nobis discerere supra quam scriptum est, unum adversus aliorum infletur pro alio. Qui enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti, quid gloriari quasi diceret, si nos qui longè plures, & sublimiores gratias accepimus, ita parum gloriamur, ut etiam abjectissimè de nobis leantiamus, quanto magis vos inanem illam qua movemini, cavere debetis gloriam? quanto magis demisse de vobis loquendum est & sentiendum?*

Sic planè Virgo sanctissima, sic unumquemque nostrum quem videret liberius circumspicentem, colloquentem, & agitantem quæ in peccatum possent impellere, commoneret & diceret: Ego illud non essem ausa respicere: Ego mihi timuissimè ab illo loco, & viro. Non putassim mihi licere tam familiariter cum his & illis conversari.

Tu qui projectus es ad omnem audientiam, tu qui nihil horum times, quasi sat tutus & munitus sis contra quoslibet casus, quid illi responderes! an te secutiorum putas Beata Virgine? an illi timendum erat, Deo sic volante: tibi verò nil esse quod timeas, licet hunc ipsum Deum, quem volebat à Virgine, velit à te timorem?

An rectè illa & sapienter, timebat? responde. Cur porro ita rectè & sapienter, nisi quia sic ordinat Deus, ut timeret & fugeret qua suis peccatorum illecebras; licet nulla timoris aut fugæ subesset ratio? Tu verò qui in peccatis natus es totus, tu cujus concupiscentia velut ignis exardescit, tu qui bibis subsannationem velut ignis exardescit, tu te in ipsas peccandi proicies vias, nec timebis à scandalo? hoc est, *adversus Deum manum suam tendere, & contra omnipotentem roborari. Hoc est currere adversus eum erecto collo, & pingui cervico armari: ut est in libro Job.*

Job. 15.

Quæ fronte audebis Virginem invocare, tibi ut adit in periculis, qui sponte quæris pericula? O quam ille sapientius qui dicebat: *pepigi sedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. Quam enim partem haberet in me Deus de super!* Id est, quomodo alioquin simul cum Deo convenirem in salute mea? sicut enim nihil possem nisi me adjuvaret; ita nec proderit eius auxilium nisi de meo id conferam, quod vult à me conferti, *Nunc ergo filij audite me, Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abjicere eam. VENITE filij, audite me, timorem Domini docebo vos, SATIENS. timet & declinat à malo; stultus transilit*

Prov. 3.

Job. 31.

Prov. 14.

6.



*Et confidit.* Hic est timor quem docet, hic est timor quem qui discunt, se veros eius filios probant: qui vero nolunt discere, sese ab illa subtra-

hunt, & subtraxionis dicuntur filij in perditionem.

AD HÆC VERBA, PROVERBIORVM OCTAVO,

*Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.*

VERITAS PRACTICA,

Periculum in mora,

*SENSVS* & Ratio est, quod dum quis moratur & differt B. Virginem colere, formantur in eius animo quadam abyssi vitiorum.

*Sed dum ha formantur abyssi in eius animo, periculum est ne unquam fructuose B. Virginem colat.*

*Ergo periculum in mora, quod quia videlicet moratur colere B. Virginem: Ac proinde maturandum in pueru eius cultus: ut de illa possit dicere; NONDUM ERANT ABYSSI, ET EGO IAM CONCEPTA ERAM,*

I. PUNCTUM.

**S**ICUT triplex Conceptio Beatæ Virginis observari potest, ita & triplex genus abyssorum, ante quod sic concepta, secundum triplicem Scripturæ sensum, literalem, allegoricum, & moralem.

Prima Conceptio est in mente Dei, qui ab æterno illam ordinavit, ut esset Mater filij, & iis exornavit animi corporisque dotibus, quales exigeret tanta Maternitas, seu tanta Matris Dignitas & Eminentia. Tum vero nondum erant abyssi, & iam concepta erat, hoc est literali sensu, nondum erat illa pars maris quæ abyssus dicitur, id est, aquarum tanta congeries, ut quanta illa sit, indagari non possit. Cum autem ab æterno esset illa prima Conceptio, non est mirum si abyssos præcesserit, quæ suo tantum tempore formatae sunt cum reliquis mundi partibus. Abyssorum tamen meminit præ multis aliis, quod velut abyssus quadam Gratiarum & mentiorum fuerit illa Virginalis Maternitas, ad quam primo concepta seu prævisa & ordinata dicitur.

Secunda Conceptio, quæ singulariter hæc solenni die memoratur, est primus eius ortus in utero sanctæ Annæ conjugis Beati Joachimi, de quibus separatim sunt institutæ considerationes & Veritates Practicæ. *Tunc nondum erant abyssi*

*& iam concepta erat:* Id est allegoricè, peccatum originale, & consequentes inordinati motus, ac poenæ spirituales, quæ velut abyssi quadam inundant super universam humanam naturam: & à primo Conceptionis seu Creationis animæ momento, quo peccati hujus macula contrahitur, per errores doloresque diversos, ut ait S. Augustinus, trahimur ad extremum usque supplicium. At nondum istæ erant abyssi, quando concepta est Immaculata Virgo, quia concepta est in Sanctificante Gratia, sicut supra declaratur: Nec postquam Concepta est, irruerunt illæ abyssi, quia omni prorsus peccato & peccati fomite libera extitit: unde sicut ait sanctus Hieronymus in hæc Evangelij Verba de Maria & Josepho, *antequam convenirent:* Non sequitur quod postea convenirent; sic cum dicitur, nondum erant abyssi & iam concepta erat; non sequitur quod abyssi postea fuerint.

*In Ezech.*

Tertia denique Conceptio est, cum in mentibus nostris sic formatur Beato Virgo, ut illi nos secundum Deum, totus edamus & consecremus, velut Parenti optimæ, velut Dominae colendissimæ, velut Dæi salutis certissimæ, velut stellæ maris, aut syderis navigationis nostræ tutissimo: sic in nobis dicitur inhabitare juxta illud, *qui creavit me, requievit in tabernaculo meo.* *Et dixit mihi in Jacob inhabitata.* Quo in genere Conceptionis tunc beata Virgo moraliter dicitur *nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram,* quando videlicet à pueris vel puris quorumlibet mentibus sic concipietur, ut nondum innatæ cupiditates in pravos creverint habitus, nondum naturales affectus transferint in desideria illa nociva, quæ velut abyssi magnæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hoc est quod gratulabunda prædicat in octavo illo proverbiorum capite, unde Thematis Verba desumpta sunt. Caput illud est velut nobile Canticum, quo insigniter magnificat Gratias divinitus sibi collatas, quas inter, illa est singularis & eximia, quod sibi deditos ad æternam salutem provehat. Eò enim reliquæ referuntur partes: unde concludit, *qui me invenit, inveniet vitam, & habuet salutem à Domino.* Quia verò multi

*Ecclesi. 24.*

*1. Tim. 6.*



multi se putabunt eam invenisse, qui tamen inde vitam non invenerint, nec salutem hauserint: se se his verbis explicat, & reddit ipsa quodammodo rationem, cur illi potius quam alij salutem sunt consequuti, cum omnes eius sodales & filij crederentur, *Nondum*, inquit, *erant abyssi*, & *jam in eis qui salvi sunt, concepta eram*. Nondum erant pravi affectus & habitus, nondum inveterati perverſi mores, quando me inceperunt colere, & idcirco fructuosè præ cæteris, me coluerunt, operæ suæ fructum retulerunt, *Qui manè vigilant ad me, inveniunt me*, id est, qui maturè, qui in primis annis.

Pr. 8.

Alioquin certè PERICULUM IN MORA: Tanti refert quantocyus sese illius obsequio mancipare, quanti refert hunc æternum referre fructum, ut per illam salvemur.

Hæc est omnibus quidem valde salubris Veritas, sed maximè Pueris exponenda, quibus per ætatem magis licet maturate cultum Beatissimæ Virginis.

Sic autem exponi facile potest ex jam dictis, ut primò explicatè describatur, quod ait S. Augustinus, paulatim in animis nostris formari vitiosos habitus, qui hoc sensu dicuntur abyssi, quod sicut abyſſo quis involutus vix emergat, & certò peteat; ita qui fortè in istos incident depravatos habitus, vix inde possit exurgere. *Quippe ex voluntate perversa, facta est libido: & dum servitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Sic abyſſus abyſſum invocat; sicut unda impellitur unda. Et verò Deus etiam dicitur has abyſſos facere quia permittit à nobis fieri, unde est illud Prophetæ: Cum adduxero super te abyſſum, & operuerint te aqua multa.*

L. 8. Confess. c. 5.

Ps. 41.

Exod. 26.

Quod autem asseritur in hac prima propositione, tunc formari abyſſum, dum quis moratur diutius B. Virginem colere, perinde est ac si diceretur, sic pravo illos contrahi habitus, per liberiores ætatis licentiam, qualis est eorum plerumque, qui suæ minùs vacant salutis, nec illa opportuna capiunt media, qualis est parthenica Sodalitas, aut similis quædam colendæ Virginis Institutio. Tunc illi pedetentim eò profundum peccatorum tendunt, quod maximè verebatur David: *Non me demergat tempellus aqua, neque absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum.* Quò sane spectat illud Sapientis ad patrem de cura filij, monitum: *Cum videris cervicem eius in juventute, & tunde latera eius, dum infans est, ne forte induretur & non credat*

Ps. 69.

Ecclesi. 30.

tibi, & erit tibi doler anima, Doce filium tuum & operare in illo, ne in turpitudine illius offerat: Id est, ne alioquin sis particeps & velut causa turpioris vitæ quam ager, nisi sic maturè curvetur & tundatur. O quam multi jam fortè miserandum in huac statum devenerunt!

II. PUNCTUM

SED dum hæc formantur abyſſi in cuiusquam animo, periculum est ne unquam fructuosè colat Beatam Virginem.

Primò quidem nisi puritate colatur, vix colitur, ut jam supra est demonstratum. At in illa vitiorum abyſſo, quæ puritas? *Abyſſus dicit, non est in me; liceat hoc usurpare de Puritate, quod Jobus de Sapientia. Deinde verò quando cupiditates ita robuste, sunt ut resistant Gratiis, nonne periculum, est in illa resistantia? Quid proderit ad salutem tuam, Virg. nis Cultus, nisi conferat gratias: quid verò proderit illas conferre, nisi recipias? Stetit unda fluens, congregata sunt abyſſi in medio mari.*

Job. 28.

Exod. 15.

Denique, licet Gratiæ reciperentur ad tempus, & nonnullis quibusdam diebus, viderentur illi respicere, tamen ipsa mole depravatæ consuetudinis sic opprimuntur, ut statim recidunt. *Ascendunt usque ad celos, & descendunt usque ad abyſſos: anima eorum in malo tabescebat, turbati sunt & moti sunt sicut obrius, & omnia sapientia eorum devorata est. Nonne hoc periculosum? nonne hoc damnosum? nonne hoc nimis frequens?*

Ps. 106.

III. PUNCTUM

ERGO periculum in hac mora: periculum ne abyſſi vitiorum formetur: periculum ne illis formatis contemnatur Virginis Cultus: periculum ne in illo, contemptu deseraris à gratia: periculum ne in illa desertione pereas, ac tandem illud sequatur: *abyſſi cooperuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.*

Exod. 16.

Quam obrem, ne disciras non modo te adungere illius Cultui & famulatu, sed in illo etiam cultu & famulatu, ne moreris id discere, quod est in eo præcipuum & salubrius: Ne moreris id velle implecti quod didiceris: ne moreris id exequi quod amplexus fueris; aut certè quia quod est præcipuum & salubrius, negativè potius, ut ajunt, quàm positivè perficitur, non demoreri in errore impiorum, in illo scilicet errore quo fovetur impietas. *Viquequò morabuntur in te cogitationis noxia? FERTILIS fuit Moab ab*

Ecclesi. 17.

Ier. 4.

Ibid. 48.

adolej-



adoleſcentia ſua, & requirit in facibus ſuis: nec tranſuſus eſt de vaſe in vaſe, & in tranſmigrationem non abiit: idcirco permanſit guſtus eius in eo, & odor eius non eſt immuſtatus. Divina planè verba, quibus denuntiatur quanti referat in ſequentes annos, pietati ſe tradere vel negare, jam inde à primis annis. Quod ſanctus Hieronymus ſic paucis reddidit: difficulter eradicatur quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchyliis qui in priſtinum candorem revocet? Recens teſtadiu &

ſaporem ruzinet, & odorem quo primum imbuta eſt. Ac denique vox illa Sapientiæ, vox eſt Virginiſ Matris: Si quis eſt parvulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt: venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquit infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentiæ, quas ſcilicet eos docebit, qui ſe diſciplinæ ſuæ crediderint, cujus hoc eſt primum caput, ne vocati morentur venire, quia periculum in tali mora.

Ep. 7.

Die 25.  
Decembr.

## IN FESTO S. THOMÆ APOSTOLI.

*Affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis: Joan. 20.*

### VERITAS PRACTICA.

#### Ex vulnere remedium.

**SENSVS** poteſt eſſe duplex: Primus, quòd ex vulnere Chriſti, remedium cuiuslibet mali ſpirituſuſ educi poſſit, ſicut ſanctus Thomas incredulitatem ibi depoſuit: & ſicut in 2. parte, Dominica prima poſt Paſcha, fuſius declaratur.

Alius vero qui magis hic conſideratur, ſenſus eſt, quòd ſicut idem ſanctus Apoſtolus ex incredulo factus eſt valde fidelis, ita ex ſuo quilibet emergens vitio, cum divina gratia in virtute oppoſita ſit præſtantiſ, quàm ſicali vitio non fuiſſet add. Alus? ſicque fiat ex morbo ſanitas firmior, & ex vulnere ſalubrius remedium.

**RATIO** cur id ita fiat cum divina gratia, hac eſt inter alias, quòd virtus qualibet tunc præſtantiſ exercetur, quando qua diligentius cavet, ne in vitium illi contrarium ruat.

Sed qui ex ſuo verè reſurgit vitio, diligentius cavet ne in illud incidat.

Ergo & virtutem oppoſitam tali vitio, præſtantiſ exercet: ac proinde remedium trahet ex vulnere; Quod quàm ſit opportunum & utile, ſicut evidens eſt: ita diligenter in præxim ut advocetur, curandum eſt.

Hayneſue Pars prima.

### I. PUNCTUM.

**A**DMIRANDIS certè hic Apoſtolus, ſive cum à fide recedit ſive cum ad eam regreditur. Sicut inſignis fuit eius incredulitas, ita & inſignis fides ſeu fidelitas. Incredulitas eò uſque proceſſit, ut Reſurrectionem Chriſti Domini, nuntiantibus Apoſtoliſ omnibus, planè negavit fidem, neque ſe unquam crediturum affirmavit, niſi ipſe videret fixuram clavorum, & mitteret digitum ſuum in locum clavorum, & manum ſuam in latus eius: quaſi ipſe Dominum obligare vellet ad hunc manifeſtandi ſui modum; aut alioquin non crederet. Qualis, audacia! Atque in ea incredulitate dies octo continuos perduravit, nec fortè unquam reſipuiſſet, niſi Dominus divinà ſua bonitate permotus, octavo poſt Reſurrectionem die, ruruſ conveniſſet Apoſtoloſ, ubi tum erat Thomas.

En ergo iterum huius unius gratia; venit leſus januaſ clauſis; & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thoma: Inſer digitum tuum huc, & vide manus meus; & affer manum tuam: & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus. Tunc videlicet firmiſſimè credidit, & confeſſus eſt aliud, quàm quod vidit. Tangentem hominem, inquit ſanctus Auguſtinus, & Deum conſitebatur. Aptiſſimè verò Theophilæus: Qui prius fuerat inſidelis, poſt lateris tactum, optimuſ ſe Theologuſ oſtendit, duplicem Naturam & unam hypoſtaſim Chriſti, edifferens; dicens enim, Dominum, naturam humanam; dicens Deum, divinam confeſſus eſt, in uo & eodem. In

li qua



qua fidei professione, retinenda & prædicanda tam constans & firmus fuit, ut præ aliis omnibus eius exemplum nobis proponatur: O quam bonus & sua via est Domine spiritus tuus, in omnibus; idcirco eos qui exerrant partibus corripit, & de quibus peccant, admonet, & alloquertur; ut relicta malitia credant in te, Domine.

Sic proficiendum ex culpis & vitiis nostris; sic ex lapsu resurgendum, & currendum vehementius: sic denique, Ex *Vulnere remedium*, quando scilicet cum Divina gratia - quæ sæpe superabundat ubi abundavit delictum, qui quis è suo vult emergere vitio, tum in Virtute opposita se præstantiorem efficit. Ratio est valde consideranda; Tunc enim eò præstantior est omnis Virtus, quanto minus habet de vitio sibi contrario; sicut majus est frigus, quò minus habet permixti caloris, & illud aurum & argentum est purius, quod est magis ab omni alia defecatum materia: Unde Sapiens, *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* At verò ne quid subrepat vitij, quid magis opportunum ex parte nostra, quam si omni custodia cor nostrum observetur, demùsque operam, ut, quod monet Apostolus, *induamus nos armaturam Dei, ut possimus stare adversus insidias diaboli, ut possimus resistere in die malo, vigilantes in omni instantia? Itane tu accinctus? itane vigilas? Nonne hoc tuis rotis insusurrat auribus; Esto vigilans, & confirma cetera, quæ moritura erant, Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo?*

## II. PUNCTUM.

**S**ED qui ex suo vult resurgit vitio, diligentius cavet ne in illud incidat.

*Ecclesi. 17.* Hæc est enim certior veræ emendationis nota, unde Sapiens. *Convertere ad Dominum & relinque peccata tua, precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Convertere ad Dominum & avertete ab injustitia tua; & nimis odito execrationem.*

*Tasiur. 63 & 24.* Sic omnes passim Patres, & Doctores in hac diligentiori cautela bonam Pœnitentiæ seu Resipiscentiæ partem ponunt. *Agere pœnitentiã, inquit Lactantius, nihil aliud est, quam profiteri & affirmare se ultoribus non peccaturum.* Itemque alibi quod supra paucis attingitur: *Is enim quem facti sui pœnitet, errorem suum intelligit, idcircoque graci melius & significantius per dœmonas dicunt, quam nos possumus resipiscentiã dicere. Resipiscit enim ac mentem suam quasi ab insania recipit,*

*quem erratis piget, castigatque se ipsum dementia, & conformat animum suum ad rectius vivendum, tum illud ipsum maximè cavet, ne rursus in eisdem laqueos inducatur.*

Sanctus quoque Gregorius in hoc argumento multus est, primò quidem in moribus, distinctè & particularim ostendit, quomodo unumquodque Spiritus sancti donum ex sui decremento crecat, & sapientia unde quasi amittitur, inde certius possidetur. Tum universim, quantum ex suis defectibus boni proficiant, *Mira, inquit, nobiscum dispensatione agitur; ut mens nostra culpa nonnunquam pulsatione feriatur. Nam esse se magnarum virtutum homo crederet, si nullum unquam earundem virium defectum, intra mentis arcana sentiret. Sed dum tentatione irruente quatitur, & quasi ultra quam sufficit fatigatur, si contra hostem sui insidias munimen humilitatis ostenditur, & unde se perime; ut enervetur cadere, inde accipit fortius stare. Tentatus autem non solum vires à quo accipiat discit, sed quanta eas vigilantia servet, intelligit. Sæpe enim quem tentationis certamen superare non valuit, sua detersus securitas servavit. Nam dum lassum se quisque in otio remittit, dissolutam mentem corruptori profituit; Et quæ plura tibi profecquitur. In Pastoralibus vero, Admonitionem bene longam ad illos qui admittit plangunt, nec tamen deserunt, ex variis scripturæ locis contextit. In Evangelicis autem hominibus sic etiam dilucidius; Nonnunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti, in ardorem in amorem Dei, seseque magni in virtutibus exerceant: cuncta diffisilia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, ac ceptu contumelias latantur, flagrant desiderio, ad caelestem patriam anhelant, & quia se errasse à Deo, considerant, divina præcedentia lucra sequentibus recompensant. O certe felicem culpam, quæ sic expiatur, ut expiatus animus sit cautior ad evitandas alias, & promptior ad omne opus bonum.*

## III. PUNCTUM.

**S**IC ergo unusquisque virtutem oppositam suo vitio unde emergit, præstantius exercebit, atque ex vulnere sic remedium conficiet, dum illud ipsum vitium eò cavebit ceutiùs, quo se alias minùs continet, aut quò fortè magis pœnitet incontinentiæ. Sic fiunt arma lapsura Deo, qua fuerunt arma iniquitatis peccato. Et sicut fuit sensus noster ut errarem à Deo, sic decus tantum, ite-



*viam convergentes requiramus eum.*

**Bar. 4.** Sic per ipsa vitia & passiones nostras affectu & profectu ascendendum, saepe monet S. Augustinus: Si utique unusquisque nostrum subdere eas sibi studeat, ac super eas stare consuescat; ex ipsis sibi gradum construat, quo possit ad superiora ascendere. Ele vabunt nos, si fuerint infra nos; de vitiis nostris scalam nobis facimus, si vitia ipsa scalamus.

**L. 1. de Imis. Chr. c. 25.**

O quale incrementum nostri profectus spiritualis, cum non modo ex bonis quae agimus, sed ex ipsis etiam malis perpetratis fructum possumus capere & profectum. Nec illud vni sancti monitum hic omittendum: Enimvero illi maxime pra aliis in virtutibus proficiunt, qui ea quae sibi magis gravia & contraria sunt, viriliter vincere nituntur. Nam ubi homo plus proficit, & gratiam meretur ampliore, ubi magis se ipsum vincit, & in spiritu mortificat; sed non omnes habent aequum multum ad vincendum & moriendum: diligens tamen emulatur, valentior erit ad proficiendum, etiam si plures habeat passiones, quam alii bene morigeratus, minus tamen feruens ad virtutes.

**Ecol. 4.**

Huc denique multi transferunt monitum illud Sapientis: Si spiritus potestatem habentis ascenderet super te, locum tuum ne divideris: quia Curatio faciet cessare peccata maxima. Id est, si graviore aliqua tentatione vel Daemonis vel Concupiscentiae percellaris, ne desperes propterea, nec quidquam putes tibi deperire, si modo tibi attendas & invigiles: nam tantum abest, ut inde peccata gravius, quin potius graviora inde cessent peccata, propter illam vigilantiam divino munitam subsidio. O nunquam satis agnitum & laudatum bonum Deum, qui dum bona quae nobis confert in malum transvertimus, mala sua convertit in nostrum bonum.

Quam plurimae sunt aliae Veritates quae in hanc aliunde diem transferri possint. Nos hic eas modo ascribimus, ut unusquisque videat, quam sic commodè passim possit excerpere, quas legendo annotarit affines argumento quod tractat, si minus forte singulis in diebus essent a nobis observatae.

Quo magis Christo subijcitur, eò magis erigimur.

*In 2. parte, Feria 3. infra Hebdomadam Quinquagesima.*

*In plagis sanitas.*

*Dominica 1. post Pascha.*

Quanto est de peccato major tristitia, tanto est peccatori majus gaudium de fontibus Salvatoris.

*In eadem Dom. ad haec verba: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.*

*Videri etiam potest, Feria 3. infra hebdomadam 3. post Pascha.*

*Læsi amoris ira quo est suavior, eò est potentior.*

*Feria 6. infra hebdomadam 3. Quadragesima de sancto Petro respecto à Domino, & converso.*

*In dubio certius est & rationi conformius, aliorum se rationi conformare quam propriae.*

*Sabbato infra hebdomadam 2. post Pascha.*

*Non prius intelligendum ut credas, sed primò credendum est, ut post intelligas.*

*Feria 2. infra hebdomadam 4. post Pascha.*

*Quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus Idololatriæ, nolle acquiescere.*

*Sabbato infra hebdomadam 4. post Pascha.*

*Qui sensu suo privato saniosem se aliis putat, sano se privato sensu.*

*Feria, 5. infra Octavam Ascensionis.*

*Revocanti hominem Deo ab errore viae suae non obsequi, pejus est quam primò vocantem ne erraret, non sequi.*

*In eadem 2. parte, in fine, ubi de variis statibus, quarta Consideratione.*

*Major est animi se divinae Fidei supponere, quam se illi opponere.*

*In 3. parte, Feria 2. infra hebdomadam 6. post Pentecosten.*

*Nunquam illustratius se manifestat Christus, quam dum animae peccatricis illustrat Conscientiam: & peccatum latens ibi manifestat.*

*In eadem parte, Feria 4. infra hebdomadam undecimam.*

*Nullus est Christianus qui non credat Christum esse Deum, & vix est ullus Christianus qui hoc verè credat.*

*In eadem 3. parte, In Festo Transfigurationis Domini.*

*Nisi diligenter advertas, ore facta confessio, factis à te negatur.*

*In 4. parte, Feria 2. infra hebdomadam 15. post Pentecosten.*

*Videri etiam potest alia eiusdem Feriae.*



Die 25. Ianuarij. **IN FESTO CONVERSIONIS  
SANCTI PAULI APOSTOLI.**

*Domine quid me vis facere? Actuum 9.*

**VERITAS PRACTICA.**

Sicut frequenter dicendum cum Davide, *Dixi nunc capi*: sic simul cum Apostolo, *Domine quid me vis facere.*

**RATIO EST,** Quia idcirco frequenter dicendum cum Davide, *Dixi nunc capi*, ad renovandum animum, qui alioquin inveterasceret.

Sed nihil aptius ad illam animi renovationem, quam quod dicit Apostolus; *Domine quid me vis facere.*

Ergo sic frequenter cum Davide, sic cum Apostolo sentiendum & dicendum.

**I. PUNCTUM.**

**S**INGULAREM prorsus, & planè admirandam huius sancti Apostoli Conversionem, quæ fuse describitur in actis Apostolorum, & de qua satis est ampla vernacula meditatio, brevissimè continent & complectuntur pauca illa verba, quæ primò ipse protulit Christo Domino se vocanti. **DOMINE**

**QUID ME VIS FACERE.** Hac plane fratres, inquit sanctus Bernardus, perfecta Conversionis est forma. *Verbum breve, sed plenum, sed vivum, sed efficax, sed dignum omni acceptione.*

Jam illi quidem conversi erant, & professi, quibus sic S. Abbas loquitur: sed quia frequenter instituenda est Renovatio animi, quæ est altera veluti conversio, sicut ipse Apostolus de die in diem se renovari dicit, Idcirco unicuique etiam Religioso proponi merito debet, hæc formula conversionis, ut quoties animum renovare velit, & dicere cum Davide, *Dixi nunc capi*, sic toties cum Apostolo dicat, *Domine quid me vis facere*; quia sic revera de novo incipit, sic renovatur si sit verè indifferens & paratus ad quamlibet Dei voluntatem neque aliter, verè renovatur.

Quam frequenter verò talis instauranda Renovatio, quantumque valeat ad illam rectè formandam, recta verborum Apostoli & sincera usurpatio, sic declaratur.

Humana natura suo corruptionis pondere nunquam cessat ad ima prolabi & deficere, nisi crebris & frequentibus instauretur adiumentis. Hæc autem prolapsio & defectio, nihil est aliud quam augeri concupiscentiam, & sic prævalere contra spiritum, ut quò illa est vehementior, hic

sit infirmior. Inter adjumenta porò quibus deficiens instauratur natura, vel proficiens retardatur concupiscentia, potentissimum illud est, quod dicitur Renovatio animi, quæ directè opponitur veteri & corrupto, secundum desideria erroris, homini; qui se suæque in omnibus quaerit; hunc enim hominem imprimis exiit, & deponit cum actibus suis, ac novum induit eum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit illum; Ut nihil jam quod caro blanditur libeat, nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus perhorrescat, quemadmodum ait S. Gregorius. Itemque alibi eleganter; *Vetusta vite proinus usus mutatur, ut anima superno spiritu afflata, & in summo appetat qua contempserat, & contemnat in infimo qua appetebat.*

Hoc est vere renovari, & hoc est tam crebrò & frequenter usurpandum, quam frequens & quotidiana est naturæ senescentis prolapsio, quæ non aliter aptius cum divina gratia reparatur. Unde illud toties in scripturis: *Renovamini spiritu mentis vestra*; & aptissimè S. Gregorius: *Nescit enim per torporem veterascere, qui studet per desiderium semper inchoare.* Hinc Psalmista qui ad perfectionis iam culmen pervenerat, quasi inchoans dicebat, *dixi nunc capi*, quia videlicet cessare ab inchoatu boni nolumus, valde necesse est, ut inchoare nos quotidie credamus. An illud verè agnoscis quàm necessarium? An defectum tuum sentis? an de remedio cogitas? Uno verbo, vel deficis, vel proficis; neque in medio stare potes? **Utrum verò è duobus?**

**II. PUNCTUM.**

**S**ED nihil aptius ad illam animi renovationem, quam quod dicit Apostolus, *Domine, quid me vis facere.*

Sic enim non minus efficaciter, quam breviter totum illud conficitur, quo constare Renovationem, dicebatur: nempe sic vetus homo exiit, atque induitur novus, dum sic indifferens & paratus est animus, ut nullà prorsus habitâ ratione appetitus, velit unum, aut nolit, quod Deus ordinârit. Sic peccatè impletus quod ab Apostolo tam velicenter commendatur, *ut exhibeatis, inquit, corpora vestra, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationale obsequiū vestrum, & voline conformari huic saeculo, sed*

Act. 9. &  
22.  
Gal. 1.

In Convers.  
S. Pauli.

2. Cor. 4.

Ephes. 4.  
Coloss. 3.

Hom. II.  
in Evang.  
27. Mor.

13.

Rom. 6.  
Ephes. 4.  
22. Mor.

Rom. 12.

Refor-



Reformamini in novitate sensus vestri, ut probe-  
tis qua sit voluntas Dei bona, beneplacens, & per-  
fecta. Dico enim vobis, per gratiam qua data est  
mibi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sape-  
re ad sobrietatem: Et unicuique sicut Deus divi-  
sit mensuram fidei, sicut enim in uno corpore mul-  
ta membra habemus, omnia autem membra non  
eundem actum habent: ita multi unum corpus  
sumus in Christo, singuli autem alter alterius  
membra, Quasi diceret, in hoc apparebit vos  
huic sæculo non conformari, sed potius verè re-  
formari & renovari, si voluntatem Dei quæra-  
tis; quæ quidem Dei voluntas tam studiosè  
semper quærenda est, ut licet illa nobis appareat,  
tamen ultra inquirendum & probandum sit, ut-  
rum, aliquid aliud velit à nobis, vel in substan-  
tia rei agendæ, vel in modo, vel in fine, ut non  
tantum faciamus quid velit quomodo velit & quæ  
obrem velit; atque ita sicut non debemus esse  
contenti quia unque Dei voluntate bona, sed et-  
iam beneplacentem, & perfectam adimplere par-  
est, si quæram talem nobis demonstrat: sic planè, si  
unam solam notam faciat, illa una sola satis esse  
nobis debet, quia nec magis nec minus, quam  
purè velit Deus, volendum est; Cum in hoc u-  
no sita sit tota nostra perfectio, licet illud quod  
nobis ordinat, non esset in se perfectissimum;  
quatenus tamen sic nobis est ordinatum, cense-  
ri debet nostra perfectio, sicut perfectio manus  
est tangere, non videre licet, videre sit aliquid  
perfectius aut nobilius quàm tangere.

Quidquid itaque aliud cogitari posset ad per-  
fectam animi renovationem, vix esse posset a-  
ptius, quàm hoc Apostoli dictum, *Quid me vis  
facere*, cum si quid præter divinam voluntatem  
cogitetur, nihil aptum animæ, nihil perfectio-  
ni congruè cogitetur. Hinc idem Apostolus tam  
sæpè sollicitèque suis; *Non cessamus*, inquit, *pro  
vobis orantes & postulantes, ut impleamini agni-  
tione voluntatis eius, ut ambuletis dignè Deo per  
omnia placentes*. Et paulò post: *Semper sollicitus  
pro vobis in orationibus; ut stetis perfecti & ple-  
ni in omni voluntate Dei*, quasi dicat, nihil in a-  
nimo superesse debet, quod non repletur Dei  
voluntate, & nulla Dei voluntas desit oportet,  
quæ non totum occupet animum. O verè tum  
dives animus, si tali repletur bono, quo dum  
repletus fuerit, in uno cuncta possidet.

### III. PUNCTUM.

**S**ICVI ergo frequenter dicendum cum Davi-  
de, *DIXI NVNC CAEPI*, sic simul eum A-  
postolo, *DOMINE QUID ME VIS FACE-*

**RE**; Quia illud utrumque ad animi renovatio-  
nem perfectè instituendam est ita necessarium,  
ut sicut non est renovatio, nisi veteris hominis  
exspoliatio, ita nec ulla est expoliatio, nisi divi-  
næ voluntatis perfectæ succedat effectio. *Quæri-  
te Dominum, & confirmamini: quærite faciem  
eius semper.* Quid est quætere Dominum nisi  
eius voluntatem? Quid est confirmari nisi con-  
fortari, restaurari, renovari? Quid rursum quæ-  
tere faciem eius, præsentem habere volunta-  
tem, quasi ipse adesset, & juberet vel veraret  
prout vellet. Quid denique, semper quærenda  
illa facies, nisi quod uni voluntati divinæ sic a-  
lia succedat & alia, ut nunquam abstet eius vo-  
luntas in nostro quovis opere? nec tam specte-  
mus quid in se sit quod agimus, quàm Dei fa-  
ciem & voluntatem qua moveamur ad agen-  
dum, Atque in hoc tam constantes simus, ut nul-  
lo inde tædio, nullo fastidio deficiamus. *Ac per  
hoc*, inquit sanctus Augustinus, *qui diligitur, in dictum  
etiam præsens quæritur, dum charitate perpetua  
ne fiat absens, optatur: proinde quem quisque di-  
ligit, etiam cum eum videt, sine fastidio semper  
vult esse præsentem hoc est, semper quærit eum esse  
præsentem. Et nimirum hoc est; Quærite faciem  
eius semper, ut non huic inquisitioni qua signifi-  
catur amor, finem præstet inventio, sed amore  
crescente inquisitio crescat inventio.*

Sic ipse Pfaltes regius, & in ipsius persona  
Christus Dominus. *In capite libri scriptum est de  
me, ut faciam Deus voluntatem tuam; tunc dixi  
ecce venio ut faciam Deus voluntatem tuam,*  
Continuè non acquievit carni & sanguini san-  
ctus Apostolus, id est, statim atque vocatus est,  
sic à se ipso defecit in unam Dei voluntatem per-  
fectè semper adimplendam, ut hoc unum cura-  
ret. *Dum modo*, inquit, *consummam cursum meum,  
& ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu;*  
nihil præterea vereor, nihil desidero. Hoc est  
verè esse vas electionis in manu Domini, hoc est  
verè esse Apostolum, verè vincum Christi Jesu.

Vide quàm longè sis ab hoc ardenti studio  
divinæ voluntatis: iterumque vide quantum  
illud in nobis optaret Apostolus, ita scribens &  
sua omnia concludens Scripta: *Deus pacis, qui  
eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in  
sanguine testamenti aterni, D. N. Iesum Chri-  
stum, aptet vos in omni bono, ut faciatis eius vo-  
luntatem faciens in vobis quod placeat corâ se per  
Iesum Christum, cui est gloria per sæcula sæculo-  
rum Amen.*



## IN FESTO

PURIFICATIONIS B. MARIE  
VIRGINIS.Die 2.  
Februarij.VIDE SUPRA IN HAC PRIMA PARTE, DIEM OCTA-  
VAM ET NONAM JANUARIJ.

**Q**UOD præcipue considerandum in hoc Myfterio proponi debet, est illustre Exemplum Beatissimæ Virginis in servanda difficili lege, quâ minimè tenebatur. Cuius exempli vis & efficacia ut fructuosius communicetur, animadvertendum est, tria esse præcipua. Excusationum capita, quas solent prætereundum homines, ut se à servandis legibus & præceptis eximant.

Primum est Qualitas seu Coaditio, cuiuscunque sit rationis & modi. Plus enim sibi licere putant Viri in epulis & immunditiis, quàm mulieres. Minus se peccare putant Milites blasphemando, quàm Artifices. Mentiri Mercatores vix sibi esse illicitum putant. Jejunia imperata qui commodius servare possent Viri primarij, minus ea servant; tantaque libertate se ab his & similibus quibusdam præceptis immunes faciunt, quasi nulla religione præcepti tenerentur. quasi id omne licitè possent quod per vires & facultates possunt, & quasi dicerent, *sic fortitudo nostra, lex iustitia.*

Sap. 4.

Alij, quod est secundum caput, non suam Dignitatè vel Conditionem ita spectant, quàm rei agendæ qualitatè seu speciem, si tale est videlicet præceptum, ut in eo adimplendo iactura timeatur vel honoris, vel pecuniæ, vel commoditatis cuiuslibet, tunc pro ea quam sentiunt animi repugnantis difficultate, affirmabunt se id non posse, & sibi tam facile credent non posse, quam difficile sentiunt velle id facere. *Nequam valemus ascendere, LEO est fortis, in medio platearum occidendus sum.*

Num. 13.  
Prov. 22.

Tertio denique, Nonnulla temporarij concedenda esse quæ semper usurpare nollent, contendunt alij: quod etsi non negetur in ijs quæ non sunt mala aut vetita, volunt tamen sibi concedi generatim in omnibus, *Non prætereant nos, flos temporis, NON habent radicem in se: sed temporales sunt.*

Sap. 2.  
Marc. 4.

NON ita verò Sanctissima Dei Mater, non ita se purgat, fugiendo purgationis legem, non ita se excusat secumve dispensat, quamvis id li-

citè posset pro illo triplici capite quod enarratum est. Primò quidem ratione suæ Dignitatis cum esset Virgo Mater tam facile poterat se à lege redimere, quàm apertè legebatur in ipso legis decreto, solam eam obligari mulierem, quæ suscepto semine masculinum peperisset, Deinde autem si ratio difficultatis spectanda esset, nihil profecto poterat pudicæ Virgini gravius & molestius cogitari, quàm apparere immundam, & & quasi unam de cæteris mulieribus sistere se Sacerdoti, ut pro ipsa oraret, sicque mundaretur. O pudendum castissimæ frontis pondus! ponderosum Virginei valus pudorem!

Levit. 12.

Denique quid dicitur de Infante? Quid cogitabitur? An illum esse agnosceret Simeon cæterique fideles, quem ex Virgine nasciturum Propheta dixerat, si se mater tanquam immundam purgat? Certe videri potuisset cedendum esse temporarij, nec committendum, ut pro lege servanda Legislator deseratur.

Sed nihil horum valuit apud observantissimam Virginem; Obediet Virgo legi mulierum; obediet in re omnium sibi gravissima; obediet omni tempore. Sicque omnibus data est in Exemplum, ut nemo sua in Dignitate, aut in rei asperitate, vel licentia temporis possit sibi blandiri & indulgere; unde & ipsa sub nomine Sapientiæ: *Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote Sapientes, & nolite abicere eam.*

Prov. 8.

Quamobrem ut conformiter huic Exemplum, caveant omnes ab illis quas prætereundum excusationibus: ac mandatis Divinis & Ecclesiasticis religiosius inhæreant! Tres indicantur Veritates Præcæ contra triplex excusationum genus, vel simul, vel seorsim, sibi aut alijs proponendæ.

\* \*  
\*

PRI-



PRIMA VERITAS PRACTICA.  
CONTRA EXCUSATIONES, A DIGNITATE VEL  
CONDITIO NE PERSONÆ, PETITAS.

Indignum sua Dignitate se ipse profert, qui  
Dignitatem suam Legi præfert.

**RATIO EST**, Quia indignum sua Dignitate  
& Conditione se ipse profert, qui palam abusi-  
tur sua Dignitate, seu auctoritate & potestate,  
ad roborandam Pravitatem. Quid clarius?  
Sed qui Dignitatem suam legi præfert, palam ab-  
utitur sua Dignitate, seu auctoritate, & potestate,  
ad roborandam Pravitatem.

**C**UM enim ut supponimus, non servet  
legem aliquam cui astringitur, nec aliud  
excuset, quam quod sibi videtur non illa teneri lege,  
propter suam dignitatem, aut vitæ degendæ licentiam;  
profecto & dignitatem suam præfert legi,  
& palam abutitur sua dignitate ad roborandam  
improbritatem. Nā improbitas est quod non servet  
legem, & abusus dignitatis est quod ipsius prætextu  
non illam servet: quasi propterea præsideret aliis,  
ut & ipsi legi præcellerent! Deinde vero etiam  
roboratur improbitas, quando insigniorum exemplo  
vitorum falcitur; neque inferiores ita sibi persuadent  
esse vetitum, quod à suis vident Superioribus non  
observatum. Adde quod nec ipsi Præsides, seu Religiosi  
seu Laicitanta libertate audent legum infractores  
coercere quas ipsi violant, sicque impunitas viget,  
& impunitate roboratur impietas. Atque hinc  
Sapiens hoc uno vel maxime consulit omnibus,  
ut altiores non appetant Dignitatum gradus, ne  
scilicet liberius ipsi peccent, aut alienis implicentur  
peccatis dum illa non cohibent. *Noli, in-*

*Ecclesi. 7.*

quit, querere à Domino ducatum, neque à Rege  
cathedram honoris. Non te iustifices ante Deum,  
quoniam agnitor cordis ipse est; & penes regem noli  
videri Sapiens. Noli querere fieri iudex, nisi valeas  
virtute irrumperè iniquitates; ne forte extimescas  
faciem Potentis, & ponas scandalum in æquitate  
tua. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te  
immittas in populum: neque alliges duplicia peccata,  
nec enim in uno oris immunis.

Ergo indignum sua Dignitate se ipse profert,  
qui Dignitatem suam legi præfert, Quia sic manifeste  
abutitur Auctoritate & Dignitate sua: unde ipsa  
Sapientia tam graviter, & horrendè in primarios illos  
viros invehitur, ut nihil eius verbis ad propositæ  
Veritatis confirmationem addi queat. *Audite ergo reges & intelligite, Discite iudices  
finium terra. Præbete aures, vos qui constitistis  
multitudines, & placetis vobis in turba nationum,  
quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus  
ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra & cogitationes  
scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius,  
non rectè indicastis, nec custodistis legem iustitiæ,  
neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito  
apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præ-  
sunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia,  
potentes autem potentior tormenta patientur. Non enim  
subtrahet personam cuiusquam Deus, aut verebitur  
magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum  
ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus.*

*Sap. 6.*

Vide & Ezechielis caput tricesimum quartum.

SECUNDA VERITAS.

CONTRA EXCUSANTES ALIQUID DIFFICILIUS.

Qui à lege excludit aliquid, excludit à se totam legem.

**RATIO EST**, quia ille excludit à se totam legem,  
qui legis servanda motum & finem excludit.  
Sed qui à lege excludit aliquid quod non servet,  
hic legis servanda motum & finem excludit.

Ergo & excludit à se totam legem. Id est, non modo non servat illud quod excludit, sed neque alia quæ videtur observare. Nam etsi illa quantum ad materiam seu rei substantiam servet, quia tamen non servat ex motivo & fine quo sunt servanda; non dicitur ea magis observare coram Deo, quam qui faceret aliquid tantum quia sibi placet. Sic nempe ille, qui quod est difficilius non facit, sed tantum quod est



est facilius, neque hoc facilius aliter facit quam quia est facile, & quam quia placet facere quod est facile, non autem quod difficile. Quod certe non est facere propter motivum legis servandæ quod est divinum Dominium seu divina Juben-  
*Matth. 5.* tis Autoritas, cui tenemur obedire in omnibus, & tanto magis in difficilioribus quanto magis in illis nostra constaret subjectio, quæ vix appareret in aliis facilioribus. *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facit? Nonne & Ethnici hoc faciunt?* Quasi diceret, cum sint ista facillima, non fiunt ex motivo supernaturali sed naturali, ac proinde non habent eam vim, quam habere debet virtus Christiana, cujus merces est Regnum Cælorum.

Sicut de Fide divina dicitur, quod qui non credit uni articulo propter motivum fidei, perdit omnino divinam fidem, nec ulli credit articulo propter Deum: sic plane S. Jacobus de observandis à lege: *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & non occides. Quod si non mœchaberis, occides au-*

*Jac. 2.*

*tem, factus es transgressor legis.* Quasi diceret, nihil tibi prodest servasse aliud, cum istud transgrediendo factus sis reus legis violatæ: Quo certe Apostoli loco nihil apertius ad Veritatis evidentiam. Sunt quidem ejus loci diversæ Authorum interpretationes: Sunt qui explicent de charitate per unius præcepti violationem perditam, & cujus perditione quidquid aliud feceris, tibi perit. Sunt qui de universa lege sic intelligant ut lex vel justitia legis sit quasi una corona, una vestis, una cyclos aurea, circumdans & ornans totum hominem: quæ tota violatur, si vel unam ex ea partem demas aut violes; sicut in musica, corumpitur tota harmonia, si vel una vox dissonet vel absit: nam sic tollitur ejus integritas, species & decor: Ita Titinus & Cornelius. Sed omnium sapientissimè Menochius qui ad cæteras hanc addidit quam declaravimus expositionem. *Quia, inquit, qui in uno peccat, libentia Auctoritatem contemnit, quæ in omnibus præceptis motivum nobis esse debet ad illa servanda.* Quo in sensu est alia Veritas huic conformis. Feria quarta infra Hebdomadam quartam post Pascha, in secunda parte.

### TERTIA VERITAS. CONTRA EOS QUI CULPAM REFERUNT TEMPORI.

Qui culpam refert tempori, pœnæ tempus non aufert.

**S**ENSUS & Ratio est, quia qui culpam refert, pœna cum sit & reus, pœna aliquando subeunda tempus non aufert, suo tempore punietur. Neque enim est ulla culpa quam non sequatur pœna. Verebar omnia opera mea, inquit Job, sciens quod non parceres delinquenti. **DELINQUENTI** Dominus nequaquam parcat, inquit ibi S. Gregorius, quia delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc homo in se paritens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans percussit. Nequaquam igitur peccato parcat, quia nullatenus sine vindicta laxatur.

*Job. 9.*

Sed qui culpam refert tempori, culpa reas est, & quidem duplici, aut certe gravioris, quam si solum peccasset & peccati excusationem à tempore non repeteret. Sic enim irridet Deum, quasi

non omni tempore colendus esset, quasi Deus daret tempus peccandi, quasi tùm non esset sanctus, ut peccatum non odire posset, *Propter quid irritavit impius Deum? Dixit enim in corde suo, non requirit.* En quo maxime irritatur Deus cum culpa sic refertur tempori, quasi nulla tum esset culpa.

*Ps. 9.*

Ergo si qui culpam refert tempori, pœna tempus non aufert. Valdè is errat & decipitur, tantum enim abest, ut impunè tùm peccet, quin duplo gravius puniatur; & quod peccarit, & quod peccato tempus ascripserit. *Duplicate duplicia secundum opera ejus; misceat illi duplum?*

*Apo. 18.*

Vide in secunda parte Dominicam  
Quinquagesimæ.

TRES



TRES ALIÆ VERITATES PRACTICÆ DE  
PURIFICANDIS AFFECTIBUS.

PRIMA VERITAS PRACTICA.

Qui se hodie non purificat, magis inquinat.

**R**ATIO est quia ille se magis inquinat qui fidē & simulatē aliquem religionis actum exercet. Sed qui se hodie non purificat, fidē & simulatē exercet illum Religionis actum, quo benedicti gestantur Cerei. Ergo & se magis inquinat, si non se ante purificet. Unde profectō agnoscitur, quanta sit hodie necessitas purificandi affectus nostri; & quā aptē S. Jacobus dixit: Purificate corda, duplices animo.

Prima propositio nihil habet difficile, quod exponatur fultus; Nam sese is manifestē magis inquinat qui peccato peccatum addit: tum vero quisque peccatum peccato addit, quando in Dei cultu & seruitio fingit se esse qui non est, fingit se humilem, qui est superbus, vel obedientem, qui est contumax, vel uno verbo, subditum Christo, qui Christo in multis resistit, hoc est enim agere Hypocritam & Dolosum quem abominatur Dominus. *Va vobis hypocrita, quia similes estis sepulchris dealbati, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus Mortuorum, & omni spurcitia.*

**S**E D quis se hodie non purificat, fidē & simulatē exercet illum religionis actum, quo benedicti gestantur Cerei.

Hæc secunda propositio non ita quidem videtur clara, & fultus declaranda esset quā hic tractetur, sed ex his paucis facilē cætera colligentur. Primo indicandum quis sit ille actus religionis si bene exerceatur, nempe est professio quædam publica, qua testatur coram Deo & hominibus, Christum Dominum esse verum illud lumen quod dixit Simeon ad revelationem Gentium, & gloriam Israelitici populū; Nos per ejus gratiam & per Evangelii communicationem illo esse lumine sic illustratos, ut quod Christus dixit fideliter credamus, & pro ea fidelitate parati simus mori ac deficere, sicut cera deficit à facie ignis, & toti velimus consumi & impendi in illius obsequium, qui nos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum. Ac proinde Ecclesia dum ceros benedicit, sic Deum invocat in hunc finem: *qua exvinctos annua tribuit devotione venerari, interius affi qui gratia tua luce concedo: Haynesius pars prima.*

ut purgato mentis oculo ea cernere possimus qua sibi sunt placita.

Sic itaque si affecti essemus interiorius, sicut exterius profitemur, insignis esset Religionis actus quia sic, ut dictum est, profitemur nos totos vel esse Christi, sicut agnoscimus nos illius esse totos; quod maximē proprium est Christianæ Religionis. *O Domine quia ego servus tuus: ego servus tuus & filius ancilla tua. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis:*

Quod si è contra interiorius, quædam sint in animis nostris, quæ huic externæ Professioni repugnent & adversentur, si quidam fortè sint, ut revera multi sunt, depravati affectus, qui nos à Christi cultu & obsequio tam longè avocent, quam virtus & vitium longè disiuncta sunt; nonne fidē & simulatē à nobis ille actus religionis exercebitur? Nonne falso dicemus nos esse Christi, cum verè illius non simus? Nonne erimus illi duplices animo, quos S. Jacobus alloquitur, nisi quod etiam imperat, corda nostra purificemus? Quid est enim esse duplicem animo, nisi fictum & simulatum coram Deo, sicut ait Sapiens; *Ne accesseris ad eum duplici corde, Quando scilicet interiora cordis non respondent exterioribus, quando ut ait David, Labia dolosa in corde & corde locuti sunt: Quando, ut describit Prophetas, falsi sunt quasi arcus dolosus, qui nempe non rectè tendit in scopum, sed emissam sagittam in emitentem retorquet potius quam in locum destinatum. Sic enim apertè S. Augustinus, jam supra semel auditus, ac iterum, Deprehenderi & detegeri Christiane, quando aliud agi & aliud profiteris, Id est, in eo agnosceris verus aut fictus Christianus, quando cæteræ actiones non respondent Professioni Christianæ quam præ te fers: quando profiteris te esse Christi servum, nec tamen Christo servis: quando fateris te probè nosse quid illi debeas, nec tamen reddis quod debes non defectu potestatis, sed affectu voluntatis opposito, quem nisi purificaveris, te fictum & simulatum facit eo tempore, quo sincerius & verius esset procedendum, nempe in sacro Religionis actu,*

Kk

QVAM-

Mat. 4.

Matth. 23.

1. Pet. 2.

Ps. 119.

Mat. 4.

Eccl. 1.

Ps. 11.

Osee 7.

Tract. de

Symb. ad

Catech.



**QUAMOBREM** Veritas quæ de majori hodie contrahendo cordis inquinamento proponitur, nisi cor ipsum purificetur, evidenter patet. Nam qui sic fide & simulatè agit, se manifestè inquinat, cum illa cordis duplicitas sit nova cordis impuritas: atque ita necessario ex his duobus alterutrum hodie nobis est eligendum quod S. Joannes futurum dixit: *Qui nocet noceat adhuc & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.* Nempe qui ritè, qui sincere, qui puro mētis affectu religiōsæ debitum servitutis exolvere sit paratus, quemadmodum præ se fert hodie in hac annua Cereorum celebritate, Sanctus ille est qui sanctificatur adhuc, Qui verò impuros & depravatos gerit affectus, hic in sordibus est, & sordescet adhuc.

Quæ certè Consideratio digna est quæ attentius expendatur; nam si vel de sola majori Puritate & sanctitate comparanda nunc ageretur, satis quidem esset ad acuendos nostros animos ex tantæ rei pretio; sed cum aliud subest, & alterutrum necessario additur, nisi sit puritas major, erit major impuritas; quis tam parum sui studiosus, hanc novam hodie velit contrahere notam & maculam, ut qua die magis purificari debuit, magis fuerit inquinatus? Si *salvatus fuerit in quo salietur?* Si *sal insulsus fuerit, in quo illud conditum?* Id est, si media illa quæ sunt apta & ordinata purificandis animis inquinantur, quibusnam aliis ipsa modis purgabuntur? Aut non erat gestandus hodie sacer ille Cereus, quo tuam in Christum fidem producebas, aut affectus interior erat per purgandum, quo fides illa vera esset & sincera, non ficta & adumbrata. Licet enim tibi videaris nihil affinxisse, nihil dissimulasse: si tamen affectus interior non is fuit, qualem oportet ejus esse qui se totum esse Christi profitetur, nihil nisi ficta & simulata fuit illa Professio; nihil nisi exterior fuit religionis species & umbra pietatis, quæ sola dum habetur, ait Apostolus, *vera virtus abnegatur.*

Audi eundem de hoc nostro interiori statu differentem, qui ad externos religionis actus est adhibendus: *Accedamus, inquit, cum vero corde, in plenitudine fidei, affersi corda à Conscientia mala, & abluti corpus aqua munda: Quasi diceret, tam puro corde nos esse tum oportet, quam cum*

baptismi gratiam & innocentiam suscepimus. Sic venturum Christum ad mundanda corda nostra, Propheta ille prædixit qui auditus est in hodierno Sacro: *Ipse, inquit, quasi ignis conflagans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflagans & emundans argentum, & purgabis filios Levi, & calcabis eos quasi aurum, & quasi argentum.* Id est, sicut aurum & argentum purgantur separatione metalli vilioris, quod ipsis admixtum erat, sic purificantur corda, dum affectu semoventur à terrenis & mundanis. Quod alia similitudine S. Joannes præcursor, exprimebat cum diceret, *eu-um Ventilabrum in manus suas, & permundabis aream suam, & congregabis triticum suum in horreum, palam autem combures igni inextinguibili.* O quis tum sensus impuri cordis? quis porro animus jam jam morituri Christiani, quando Religiosus ille Cereus in hunc extremum sinem domi aservatus, ad manus ejus inferetur, quasi testimonium illius fidei quam professus est hodie. Poteritne tum non recordari sui hodierni status? poteritne vero recordari & non reformidare iudicium suæ perfidiæ, suæ desidiæ, qua magis ac magis tordescere voluit quam purgari?

*Ruga mea testimonium dicunt contra me, dicebat beatus Job, At quid per rugas, nisi duplicitas designatur, inquit S. Gregorius? Ruga itaque sunt sancta Ecclesia, omnes qui in ea dupliciter vivunt, qui fidem verbis clamant, operibus denegant. Et post pauca: Has autem rugas in electo suo Sancta Ecclesia non habet, quia videlicet nesciunt aliud de se foris ostendere, & insus aliud habere. Unde verè egregius prædicator dicit: ut exhibeat ipsa sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam; Maculam quippe & rugam non habet quæ & turpitudine operis, & duplicitate sermonis caret.*

Vide eundem, tertia parte Pastoralis, ad monitione duodecima.





ALIA VERITAS PRACTICA.

Hæc est magis aut minus puræ mentis nota certior, velle magis aut minus purificari.

**R**ATIO est quia magis aut minus amare puritatem, nota est certior magis aut minus puræ mentis. Sed magis aut minus amare puritatem, nihil est aliud quam magis aut minus purificari velle. Ergo hæc est etiam magis aut minus puræ mentis nota certior, velle magis aut minus purificari.

Quæ quidem Ratio est evidentissima, & posset esse communis omni probandæ virtuti; sed puritati tamen particulatim convenit, quia hæc inter Virtutes cæteras magis est tenera & delicata, thesaurus est in vase fictili, cui cõservando nisi mens omni custodia cor suum servaverit, facile quatitur & dissolvitur. Non potest autem melius conservari quam si augeatur in dies, roboretur & stabilatur firmius. Sic enim validius resistit oppositis, & sua se in incorruptibilitate tuctur. Sic Beata Virgo sicut erat omnium Virginum purissima, ita puritati conservandæ & augendæ studebat omnium vehementissimè. Vide quæ supra dicta sunt in Adventu, & in Festo Conceptionis, quibus adde quod hujus puritatis affectu, purgationis legem implevit, ut quantum magis purificari posset, purificaretur, & nos exemplo suo efformaret ad hujus Virtutis incrementum magis ac magis procurandum.

Vide quibus id possis modis, & ne tantum at-

tendas quale inde bonum proveniat, sed quale damnum importetur ex minori puritatis cura. Præclare sanctus Augustinus: quidquid pulchre-  
scit visu, quidquid dulcescit gustu, quidquid blanditur auditu, quidquid lenocinatur odoratu, quidquid mollescit tactu, in hæc omnibus si incauti fuerimus, surrepentibus concupiscentiæ malis, Anima Virginitatem corrumpi permittimus: & impletur illud quod per Prophetam dictum est: Intravit mors per fenestras vestras.

Lib. 50.  
Homil.  
Hom. 35.  
1er. 9.

Apud etiam sanctus Gregorius ad illa verba primi Regum capite decimo quinto: *Vade & percussit Amalec, & demolire universa ejus: non parcas ei, & non concupiscas ex robur ipsius aliquid.* NON POTEST, inquit, tolli menti quod aliquo modo immunda non videtur, sed in mirabilem usum Puritatis deducitur, ut immunda videns, nulla delectationis labi maculetur. Quisquis ergo sic præest carni, quisquis sic mentem regit, ideo præest, ideo regit, quia Amalec cunctis demoliri fortiter potuit. Quis est hic qui parcat Amalec, nisi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne, lasciviat aliquid retinet? Non parcas ei, quia de tam nequissimo vito nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardeat in opere. Non parcas ei, ut omnes libidinosi motus, omnes obscene locutiones prorsus permantur in corpore, &c.

Vir. 6. post  
Dom. 4.

ALIA VERITAS PRACTICA.

AD HÆC SIMEONIS VERBA:

Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 2.

Doloris gladium, Animæ Virginis, acerbioram infert vitæ peccatoris, quàm Mors filij.

**R**ATIO est, quia Virginis anima conformis erat animæ & voluntati patientis ac morientis filij.

Sed voluntas patientis ac morientis filij salu erat, ut ex vita peccatorum, acerbiori pungens doloru gladio, quàm ex morte sua.

Ergo & doloris gladium Anima Virginis acerbioram infert vitæ peccatoris, quàm Mors filij. Quod certè est expavescendum omnibus, tum verò iis præcipuè qui se devotos Virgini profitentur, nec desistunt à peccatis. Hæc sunt eorum

peccata maximè quibus magis affliguntur Mater & Filius, quàm ipsa morte Crucis crudelissima.

Ratio tota pendet à malitia peccati quæ est gravior apud Christum, cui haud dubiè Mater erat conformis, quàm ipsa Christi Mors, propter has tres causas. Prima, quod peccatum sit offensa Dei & quoddam velut Deicidium, quo Deus moritur in anima Peccatoris, in qua ante peccatum vivebat per Charitatem & gratiam. Unde dicitur, *Quasi Romphaa hic acuta omnis iniquitas;* Eccl. 25.

Kk 2

68



ex duplici parte lethalem infert plagam, nempe Deo & animæ peccatrici, *Ecce pervenit gladius usque ad animam.* At certe Mors Christi, si tantum confideretur ut pœna, pœna est & mors hominis non ipsius Dei, nisi per communicationem idiomatum. Et Christus ut homo vitam & honorem Dei Patris qui in peccato læditur, tantò plurius quam vitam suam faciebat, quantò Pater major ipso erat. *Quia pater major me est, inquit, Et in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse.*

Mr. 4.  
Ioan. 14.  
Luc. 3.

Hab. 15.

Ioan. 14.

Secunda causa est, quia Christus in Morte sua, videbat ordinationem Patris iustissimam, quam summo opere venerabatur, & inde omnia consequentia bona in Electorum salutem. At verò in peccato, nihil videt nisi quod est purum putum malum & mera inordinatio, dicitur esse opposita voluntati Divinæ, quæ nec velle peccatum nec amare potest, imo semper odit & punit. *Mundus sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.* Atque ita peccatum simpliciter & absolute malum est, & planè in visum Deo; Passio vero Christi ut Passio, & ut malum est pœnæ, non ita malum est quin maxima in eo & preciosissima bona insint, quæ & Deus volebat, & quæ proinde Christus amabat. *Ut cognoscat Mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.*

Tertia denique est, quod ut ait S. Thomas, Privatio finis est gravior quam eorum quæ ducunt ad finem: finis autem patientis & morientis Christi quis erat nisi peccati sublatio, nisi Paternæ gloriæ, salutisque humanæ reparatio, quæ tamen omnia pereunt per peccatum denuò perpetratum; Undè quàm verum est illud commune Esaiarum, propter quod unumquodque est tale, hoc ipsum magis est tale: tam verum sic oportet quod magis acerbum est Chri-

sto, Peccati malum, quam propriæ mortis, quia propter peccatum auferendum Mors illa est ordinata: propter divinam gloriam & humanam salutem recuperandam Mors illa suscepta est. *Iste omnis fructus, ut auferatur peccatum eius.* Et tamen per peccatorem refertur, & sic perit eius fructus & finis. *Quæ utilitas in sanguine suo? Christus vobis nihil proderit. Evacuati estis à Christo, & Gratia excidistis. FILIVS Dei conculcatus, & sanguis testamenti pollutus est. O vulnus Christi, diuini lethali quovis vulnere!*

Is. 27.  
Ps. 29.  
Gal. 5.

Hebr. 10.

Serm. 18.  
de temp.

Cur me, inquit, graviori tuorum criminum Cruci affixisti? Vide reliqua eius Verba quæ sunt ex S. Augustino relata, sacro die Parasceves; Ubi & multa quæ huc spectant exprimes. Unde quàm clarè pateat Veritas de acerbiori doloris gladio quem infert peccator Animæ B. Virginis, non est apertius demonstrandum: sed qualis inde in peccato considerari debeat mali Gravitatis attentius est perpendendum. Quid enim est peccator? Quid illud est, uno quasi ictu & Deum Patrem occidere, & Filium graviori supplicio necare quam morte Crucis; & Matrem acerbiori gladio transverberare quàm aspectu pendentis in Cruce filij? Istane possunt credi & fieri? Certe quod credi debeant, motiva sunt cujuscunque generis, fides est divina & humana: Scripturæ id apertè pronuntiant, Patres ita expriment, sic suadet Ratio; quid ad conciliandum fidem efficacius? An verò id possis de peccato credere, & peccare velle? Nesciebas fortè, nec cogitabas cum peccasti, dolendum est, & dolore intimo diluctur peccatum. Sed deinceps, qui hæc iam audivisti: Quid deinceps acturus es? An sic liberè & effuse peccabis? An sic lethalem gladium proterere inferes in sinum dolentissimæ Matris? *Mucro, mucro, revertere ad vaginam tuam, Urge hunc mortem vehementissime.*

Ezech. 20.

DIES FESTUS S. MATTHIÆ APOSTOLI, NON  
nisi post Septuagesimam celebratur: quamobrem  
in secundam partem remittitur.

VERI



# VERITATES PRACTICÆ.

COMMUNES OMNIBVS SANCTIS,  
PRÆTERQVAM APOSTOLIS ET EVAN-  
GELISTIS, QUIBUS PROPRIÆ DE-  
SIGNANTUR, SUIS LOCIS.

COMMVNIS OMNIBVS SS. MARTYRIBVS.

*Tamquam aurum in fornace probavit illos : & quasi holocausti  
hostiam, accepit illos. Sap. 2.*

## VERITAS PRACTICA.

Sicut Martyrio vita naturalis, sic Mortifi-  
catione vita sensualis.

*SENSVS est, quod sicut nec pereat Fides, perden-  
da est Martyrio vita naturalis; sic ne pereat Fi-  
delitas, perdevda mortificatione, vita sensualis.*

*RATIO EST, Quia tale est meritum Fidei, &  
tali ejus obligatio, ut illi postponenda sit vita  
naturalis.*

*Sed tale est etiam meritum & obligatio Fidelitatis  
nostra, ut illi subicienda sit vita sensualis.*

*Ergo aequaliter hac est exponenda, ne pereat Fide-  
litatis: sicut ne pereat Fides, non dubitatur exponi  
Martyrio vita naturalis.*

## I. PUNCTUM.

**Q**UAM sit mirabilis & magnificandus  
Deus in sanctis Martyribus suis; quan-  
ta sit horum gloria, & quantum inde ad  
perfectam mortificationem incitamen-  
tum, suscitilimè habes in vernacula Meditatione,  
ad id instituta.

Nunc verò ex multis, quæ inde possunt ad  
praxim erui, hæc Veritas maximè practica & fru-  
tuosa videtur, *Ut sicut ne pereat Fides, perdenda  
est martyrio vita naturalis, sic ne pereat fidelitas,  
perdevda est mortificatione vita sensualis.*

Ratio fundamentalis hæc est, quia tale est me-  
ritum & obligatio Fidei nostræ, ut præferri de-  
beat vitæ naturali; Quod quidem ex triplici ca-  
pite potissimum declarari potest. Primum, quia  
Deus ut Dominus vitæ nostræ id meretur, ut  
quando imperat, vel quando agitur de honore  
ejus, vitam illi nostram planè consecremus, *Mo-  
vero, ait Dominus Moyli : mortuusque est Moyses  
servus Domini, jubente Domino. Sic planè quili-  
bet nostrum debet eo jubente mori. Jubere au-  
tem intelligitur quando non aliter viveres, nisi  
eum offenderes, fidem abnegando : Tum potius  
dicendum cum Sulannæ *Melius est mihi absque  
opere incidere in manus hominum, quàm peccare  
in conspectu Domini.**

*Deut. 32-  
& 34. 1*

*Dan. 13-*

Deinde id debemus Christo Domino, tum  
quod restituit nobis vitam æternam, tum quod  
idcirco suam dedit quali modo scimus, quam  
probrosò, quàm indigno! *Christus passus est pro  
nobis, volens relinquere exemplum, ut siquamini*

*1. Pet. 2.*



vestigia eius. Et quotquot Christiani sumus, hoc veluti Sacramento & juramento fidei ad illius obsequium ita tenemur, ut citra perfidiam & apostasiam recedere non possimus. Qui negaverit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram Patre meo.

2. Mach. 6.

Denique id ipsum debemus animæ nostræ, & saluti æternæ, ut temporalem vitam tam libenter impertiamur, quàm probrosum, quàm inordinatum & indignum esset, si propter modicum corruptibilem vitam temporis, ut aiebat ille, maculam, & execrationem sempiternam conquiramus. Nam nisi in præsentis temporis supplicio hominum eripiar; sed manus Omnipotentis nec verum nec discurrere effugiam.

S. August. ser. 44. de sanctis.

Hoc attendens in agone suo gloriosus Christi Athleta, non exhorruit carcerem, ad imitationem sui Capitis toleravit probra, sustinuit irrisiones, flagella non timuit: Et quot ante mortem pro Christo portulit supplicia, tot es de se obtulit sacrificia. Sic fuit S. Augustinus. O quàm facili pretio nobis coacceditur, quod tam caro sancti emerant. Nunc quid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis!

Num. 32.

II. PUNCTUM.

SED tale est etiam meritum & obligatio Fidelitatis nostræ, ut illi subicienda sit vita sensualis.

Non est dubium quin, si de peccato mortali ageretur, perinde obligaremur atque in ipsa Martyrij occasione pro Fide, eamque in rem egregius est tractatus apud S. Cyprianum de duplici Martyrio, ubi hæc inter alia contra peccatorem. Cum Tyrannus dicit, abnega Christum & immola levi, sapè lingua negat corde reclamante: quamquam hoc gravissimum crimen, tamen aliquam in pietatis culpam elevat humana natura imbecillitas. Ibi satanas tibi loquitur per tuâ concupiscentiam: abnega Christum, & esto dives, assevera mammona & Christo nuntium remitte: nec dicit, morere, sed potius oblecta oculos. Et tamen tu hic spontè submittu genua Satana, & abnegato Christo, te totum illi mancipas.

Ecc. 4.

Et verò etiam ubi de veniali tantùm ageretur sicut profectò saltem de eo agitur, quando inordinatus est motus sensualitatis; quàm vera sit propositio vel ex eo patet, quod vita sensualis longè minor & inferior est vitâ naturali; At vita ipsa naturalis, si opus foret, danda potius esset, quàm illud veniale committendum; Quanto igitur magis sensualis: Hinc apè Sapientis: Pro lu-

stria agonizare pro animata, & usque ad mortem certa pro lustria.

Quod si triplex illud caput, unde meritum & obligatio fidei petebatur in primo puncto, volueris attendere, profectò etsi non eandem & omninò parem fidelitatis obligationem concludes; at certè similem suo proportionato modo atque ita nos obstringentem reperies, ut profus delinat esse fidelitas, si non sibi subiciat vitam sensualem. Quale enim illud & quàm alienum à fidelitate, præterre Deo, Christo & saluti, seu perfecti tranquillitatis, nescio quàm vanitatem, voluptatem & commoditatem corporis, malle ostendere Deum, & Christum, quàm suum appetitum! Hæc tamen reddi Domino! Hæc tamen reddis Christo! ubi nam illud quod debes, Cor totum, tota anima, tota meas, tota virtus, tota fortitudo; & omnes vires? Certè non ubi sensualitatis; nam quantum est illi datum, tantum de toto detractum est. Charitas Christi urget nos, aiebat Apostolus, asseverantes hoc, quoniam sanctus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sumus, & pro omnibus mortui, est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Deut. 32.

2. Cor. 5.

Rom. 6.

1b. 14.

1b. 12.

Luc. 16.

Prov. 27.

Quid porro est, non sibi vivere sed totum Christo, nisi sensualitati renuntiare? Nam certè qui cedit appetitui, sibi vivit, quantumunque modicè cedat: Mors nobis integra per mortem Christi imperatur: Mortui sumus, & conspersi cum illo; nullus igitur motus vitæ sensualis relictus est, cum mors totam planè vitam excludat, aut mors dici non possit. Et cum Christus Dominus in hoc esse mortuus, & resurrexisse dicatur ab eodem Apostolo, ut & mortuum & vivorum dominetur: Videlicet quomodo mortuis dominatur? Videlicet ut nullo profus motu mortui moveantur, quam ex ejus imperio? sic nos viventes non aliter moveri debemus. Sic propterea monemur, exhibere corpora nostra hostiam viventem. Sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum.

Quantò res verò modica & exigua nobis apparet, tantò fidelitas major probaretur, & tantò arguenda est infidelitas, quæ in re tantilla, se Christo prætulit. Nec porro leve putes animæ damnum quod hac infidelitate contrahitur; Nam qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est; & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est, inquit Dominus. Sic probatur fidelitas, ut in igne aurum. Audi scripturam: Quomodo probatur in confessoris argentum, & in fornace aurum, sic probatur



ut homo ore laudantis. Expende hoc anime, inter omnes vitæ sensualis actus, moveri suis laudibus, videtur levius, aut certe parum grave; Et tamen inde probatur fidelitas, ut tibi innotescat nihil tam leve esse in hac materia quod non sit studiosè cavendum.

## III. PUNCTUM.

**E**RGO similiter ne pereat Fidelitas, perdenda est mortificationis vita sensualis, sicut Martyrio perdevetur vita naturalis, ne periret Fides, quia sic Deus utrobique meretur, hoc æquè debemus Christo Domino, hoc salutis & perfectioni animæ, quâ nihil carius post Deum nobis esse debet. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te: Et si dextra manus tua, scandalizat te, abscinde eam: Et si pes tuus te scandalizat, amputa eum. His tribus membris, seu symbolis designatur triplex concupiscentia, unde tota conficitur sensualitas, quæ nos à Fidelitate revocat, sub specie boni, honesti & delectabilis.

At verò, hic etiam considera, quàm longè dignius & securius triplex illud bonum reperitur in ipsa fidelitate. Quid enim & honorificentius, & ad omnem commendationem gloriosius quàm se ita fidelem exhibere Deo, ut ne latum unguem, ne pro quolibet alio præterito bono, ab eo discedatur? Quibus non præconijs & laudibus hunc fidelem Dominus servum effert?

Compara gloriam quæ à Deo est, cum gloria quæ à mundo? Confer istam Jobi, commendationem, quam à Deo promeruit, cum alia quavis quam tibi mundus referre possit: Numquid inquit, considerasti servum meum Job: quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum? Utrum securius proba ià Deo, an ab hominibus? Vt cum benedixerint vobis homines? Et si autem maledicant, maledicent illi, & tu Domine benedices.

Sic perge considerando de alijs concupiscentiis; Quæ commoditas sensualis præ utilitate fidelitatis? quænam voluptas sensuum præ gaudio animi & præ illa delectatione securæ mentis, quæ est iuge convivium? Quid ergo tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? En Dominus Deus tuus tibi illud bonum longè præstantius offert, & tu illo deserto, paternisque delicijs abdicatis, mavis ad siliquas porcorum recurrere! Cave id omnino, & aud. Christum Dominum: Esso fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Expende verba, usque ad mortem, inclusive, seu de vita naturali agatur, quæ sine dubio danda est, potius quam vel leve peccatum admittatur: seu longè magis de sensuali, quæ potiori jure debetur, quoties fidelitas id exigit. Et quia semper & ubique exigit, Ideo semper Mortificationem Iesu in corpore nostro circumferamus, ut & Vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

## COMMUNIS SANCTIS CONFESSORIBVS PONTIFICIBVS.

Non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi.

Ecclesi. 44.

## VERITAS PRACTICA.

Et communia singulariter, Et singularia communiter.

**SENSVS** est quòd sic communia singulariter tractanda sunt, ut singularitatis nota vitetur, Et à communibus nunquam discedas.

**RATIO EST**, Quia idcirco communia singulariter sunt tractanda quod ad id Gratia quadam singularis, unicuique à Deo datur.

Sed illa gratia notari affectata singularitatis abhorret, & à communi lege non discedit.

Ergo utrumque sic temperandum est, ut & communia singulariter observentur, & singularia communiter, seu sine præiudicio communitatis, Quod est diligenter cavendum.

## I. PUNCTUM.

**Q**UOMODO de unoquoque sancto Pontifice dicatur, non esse alium similem illi, quanta inde Christi Domini gloria, quantus uniuscuiusque Sancti Pontificis honor, & alia quæ in hanc rem quæri possent, habes in Meditatione de hoc argumentum.



gumento fufius explanata. Inde verò hæc Veritas ad præxim, & ad eorum imitationem deducitur, quod sic communia singulariter tractanda sunt, ut singularitatis nota vitetur, & à communibus, quantum fieri poterit, nunquam difcedatur. Verendum enim effer, ne in aliquod extremorum iretur, si communia communiter solùm fierent, aut si relictis communibus, singularitas notaretur. Quamobrem utraque simul jungenda, ut & communia singulariter, & singularitas à communione seu communitate non se disungat. Sic sancti omnes, eandem & communem omnibus legem Excelli, tam perfecte observârunt, ut in illa observatione singularis unusquisque extiterit, nec fuerit inventus similis illi. Rursum verò singularitatem illam sic temperârunt, ut nullum inde affectationis maculam contraxerint, nec se à communi lege Excelli separârunt.

Hoc ergo primùm expende, quòd communia non communiter sunt tractanda, id est, non communi & neglecto modo, non perfunctoriè, non tepidè, non dissolutè, non ut fieri solet in ijs quæ quotidiana sunt, & quæ quodammodo præ assiduitate vilescunt; sed singulariter, id est singulari quodam affectu, quali res propria & nova esset, novo in dies crescente fervore, quàm mentis attentione & devotione possis, velut si primò ipsum opus inchoares, velut si extrema esset vitæ actio, de qua jam esses rationem redditurus, velut si de mundo convertendo in ea quantacumque parva actione ageretur, si denique quàm perfecte & absolute possis, secundum gratiam singularem ad id tibi datam. Nam, ut ait Apostolus, unusquisque proprium Donum habet ex Deo, alius quidem sic. Et fufius paulò post Divisiones gratiarum sunt, divisiones ministrarionum, Divisiones operationum sunt, idem vobis Deus, hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult: sicut in uno & eodem corpore multa membra, quæ non eundem actum habent. Hæc & similia frequenter reperit, quæ sic intelligi possunt de Virtute quæ iam unicuique singulariter impertita, ut ad eius singularem actum, singularique illas actiones, quæ communes omnibus quotidianæ sunt, etiam referri debeant.

Sic enim idem Apostolus expressè de se, singularisque suis operibus: Exhibeamus omnem hominem perfectum in Christi Iesu, in quo & laboro certando secundum operationem eius, quam operatur in me, in vobis, Audiate quod

dicit secundum operationem eius quam operatur in me, id est, in singulis actionibus, cum ad singula concurreret illa Dei operatio; cumque in hoc Apostolo esset singularis quædam virtus & gratia ad operandum; eius operatio, seu actio erat etiam ita singularis, & perfecta suo modo, ut eius perfectio non esset perfectio S. Petri, nec alterius Apostoli; sicque omnes perfecti essent diverso perfectionis gradu, ut nullus alteri similis esset, non tantum universim pro toto vitæ decursu, sed pro singulis etiam actionibus, quas unusquisque singulariter ex singulari suo dono exercebat.

Sic denique, quod idem ait, Super idem fundamentum superadificat alius aurum, alius argentum, alius lapides preciosos, alius ligna fenum aut stipulam; hoc est, unam eandemque actionem quam multi facient, alius tam singulariter ab alio & perfecte exercebit, quàm diversum est aurum ab argento, vel ligno, vel stipula. O qualis diversitas, non quidem à diversis actionibus, sed à diverso agendi modo. Sancti fecerunt eandem quæ nos agimus, & nobis e de. n. pendè, quæ ipsis sunt agenda; Sed aliter illi, & nos aliter! Illi velut aurum, argentum, aut lapides preciosos actionibus suis singularem virtutem, quæ prædiu erant, inferebant; Nos, virtute neglectâ, ex appetitu naturali tantum agentes, nihil nisi ligna, fenum, stipulam, aut aliam ignis materiam inferimus operibus nostris! Expavesce.

## II. PUNCTUM.

SED illa Gratia notam singularitatis abhorret, & à communi lege non discedit.

Adverte singularitatis tum esse notam, si quis sine legitima causa à communi lege discedat. Nam si legem servandam servat, et si alij non observent, non est singularitas vitiosa, imo laudabilis; sed illa tantum singularitas vitio vertitur, quando quis neglectis communibus aliquid extraordinarium supra alios agit, vel in ipsis communibus observandis aliquem modum affectat, qui non est in usu & communi approbatione sapientum vel Superiorum. Non sum sicut ceteri hominum, ait in corde suo homo singularis, & vanus. Ab hæc autem affectatione seu nota singularitatis longè est gratia, quæ singulis ad communia singulariter tractanda communicatur; Non enim seipsam destruit gravia, nec Deus est discessionis Author, sed pacis

2. Cor. 7.

Ibid. 12.

Coloss. 1.

1. Cor. 13.

1. Cor. 14.



1. Cor. 14.

pacis & ordinis; ac prœinde cùm communitatem ipse velit ab omnibus observari, licet ad eius observantiam unicuique det gratiam singularem, non vult tamen illâ gratiâ communitatem destrui, sed potius conservari, efflorere, exornari, & utiliore reddi, sicut diversi membrorum actus non impediunt, imò iuvânt totum corpus; & sicut diversæ voces simul convenientes concentum gratiore faciunt: sic planè Communitas exurgit uberior & formosior ex singulis cuiuslibet virtutibus, dummodo illæ virtutes ad eam observandam concurrant, & non destruendam. Hæc sunt prima opera quæ Deus fieri vult ab illo Episcopo, qui multis vacabat aliis: Sed habeo, inquit, adversum te, quod charitatem tuam primam relinquisti. Memor esto itaque unde excideris, & age poenitentiam. & prima opera fac, si autem, veniam tibi cito; & movebo candellabrum tuum de loco suo, Vide primum de Imitatione Christi, capite decimo quinto, ubi hæc inter alia: Cavendum ne piger sis ad communia, & ad singularia promptior, sed expletis integrè & fideliter debitum, & injunctis sibi ultra vacas, redde te tibi prout de votio tuâ desiderat.

## III PUNCTUM.

**P**ATET ergo sic utrumque temperandum, ut & communia singulariter fiant, & singularitas nihil communibus omnino præjudicet. Imò potius, cùm ipsa singularis gratia non detur, nisi ad communitatem melius observandam, non aliter gratia cooperabitur, nisi utroque simul juncto, & Communitas singularitate exerceatur, & Communitas singularitas servietur. Vide in quo

Job. 38.

deficias aut excedas. Audi S. Gregorium aptissimè ad hæc differtentem illa Jobi verba, Indica mihi si habes intelligentiam, quis posuit mensuras eius si nosti, vel quis recendit super eam lineam? Cum mirò, inquit, consilio auctor ac dispositor noster huic illa largitur, quæ alij denegat: alij hæc denegat, quæ isti largitur; mensuras sibi posttas egredi nititur, qui quis posse plusquam accepit conatur. In præcipio pedem porrigit, qui mensurarum suarum limitem non attendit: & plerumque amittit, & quod poterat, qui audacter ea, ad quæ pertingere non valet, arripere festinat. Nam & membrorum nostrorum tunc bene ministeris utimur, cùm sua eis officia distinctè servamus: lucem quippe oculis cernimus; vocem verò auribus audimus si quis autè mutato ordine voci oculos, luci aures accommodet, huic in assum utraque patet. Si quis odores v. lit. ore discernere, saporis nare gustare, utriusque sensus sibi ministerium quia pervertit, interimit, dum enim propriis hæc usibus non aptantur, & sua officia deserunt, & ad extranea non assurgunt. Bene itaque David Propheta, intra acceptas ex divina largitate mensuras pedem cordis præferat, cùm dicebat, neque ambulavi in magna, neque in mirabilibus super me. Super se quippe in mirabilibus ambulavit, si apparere magnus ultra quam poterat, quæreret super se namque in mirabilibus attollitur, qui in his ad quæ non sufficit, videri idoneus conatur. Bene intra has mensuras etiam in ipsa Paulus prædicationis suæ se latitudine coarctabat, cùm diceret, non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficiuntur Christus.

L. 28. Mor. c. 8.

## COMMVNIS SANCTIS DOCTORIBVS.

*Qui solverit unum de mandatis istius minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum; qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Matth. 5.*

## VERITAS PRACTICA.

Sic cavendum ne Scientia præferatur Virtuti, ut tamen Scientia non negligatur.

**RATIO EST,** Quia idcirco scientia non est præferenda Virtuti, ne Virtus detrimentum, ex hac præferentia patiatur.

Sed ex neglecta scientia, Virtus etiam detrimentum pateretur.

Ergo dum cavetur ne Scientia præferatur Virtuti, cavendum est ne negligatur.

Haynesius Pars prima,

## I. PUNCTUM.

**Q**UAM parva & pœnè nulla sit coram Deo scientia sine virtute, quàm magna virtus etiam sine scientia, quantus vero & quàm magnus, qui scientiam cum virtute conjunctam habet; satis ampla demonstrat Meditatio, quæ est Communis sanctis Doctoribus; inde verò quæ ad Veritatem nobis propositam illustrandam faciunt, pauca hæc eruemus. Ac primò ut apertius videas, quod prima propositione præmittitur, quale detrimentum Virtus patiatur, si ei Scientia præferatur,

L] adver-



adverte quid sit scientiam præferre Virtuti, nempe intellectu & iudicio saltem prædico, pluris facere doctrinam acque doctos viros, itemque talenta docendi, concionandi, quam humilitatem, simplicitatem, Religiositatem & alias Virtutes quæ non ita parent, Deinde voluntatem plus affici erga studium litterarum, quam Virtutis & propriæ perfectionis. Ac denique actu & opere tantum laboris, & sollicitudinis impendere in studia, ut fervore studiorum intepefeat amor virtutum: Orationes, examina, & alia devotionis exercitia negligentius fiant; passiones seu affectiones animi inordinatæ reviviscant; superbia, vanitas, æmulatio non bona, ambitio & alia vitia foveantur.

Ex quibus liquiddè patet quale, quantumque detrimentum Virtutes universæ patiantur, atque imprimis Humilitas, Devotio, Religiositas, Pura intentio, Charitas, Fidelitas & uno verbo, Cura salutis ac perfectionis propriæ. *Comederunt alieni robur eius, & ipse nescivit: sed & causæ effusi sunt in eo, & ipse ignoravit.* Quæ P. ophetae verba paulò diutius expendenda essent, ad concipiendum detrimentum illud quod Virtutes patiuntur. Duo nempe simul judguntur, ex quibus tertium sequitur, quod est præcipuè expavesendum. Primum, quod ait robur internum & spirituale comedi & consumi. Secundum, quod dicit hoc ipsum nesciri & ignorari: Ac tertium denique, quod inde sequitur nullum afferri remediū, & sic in peius quotidie ruere, & prolabi in eum statum, de quo dicitur: *Vinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo; quia dicitis, dives sum & locupletatus, & nullus ego: Et nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus, Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, ut locuples fias. & Collyrio inunge oculos tuos, ut videas:* Hoc item valde notandum, quia cum præcipuè iudicio exercetur in præferenda Virtuti scientia, ut corrigatur hoc pravum iudicium, sanandi sunt mentis oculi, incipiendus Christus Dominus, inquirendum eius iudicium, quanta fiat ei injuria qui alter judicavit; quanta eius Sanguini & Gratiæ, quæ non pro scientiâ, sed pro virtute sunt effusa, quanta denique Cælo, quod non scientiæ sed virtuti promittitur. *Erudire Jerusalem, ne forte recedat à te anima mea, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.*

## II. PUNCTUM.

**S**ED ex neglecta scientiâ, Virtus etiam detrimentum pateretur.

Percurre quatuor Cardinales, ad quas cæteræ omnes Morales referuntur, & vide ut singulæ offendantur ex contemptu scientiæ necessariæ comparandæ, Prudentiâ, Justitiâ, Fortitudo, Temperantiâ. Quis non videat ignorantiam, otium rusticitatem, & alios scientiæ defectus cum his pugnare virtutibus? Primò quidem Prudentiam, quid magis nutrit quam scientiâ? quid magis destruit quam ignorantia? quis credet ignorantem quis se illi aperiat & confidat?

Quid deinde à Justitiâ magis alienum, quam nescire artem quam profiteris? Quid illo iniquius, qui consultus de re aliqua ad fidem vel conscientiam pertinente, malè respondebit, & alios in errorem trahet? *Nonne si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam cadent?* Non peccaret in justitiâ Medicus, qui ex neglecta scientiâ malè corpus curaret? & nonne id Sacerdoti à Domino exprobratur tanquam iniquum & criminiosum? *Quia tu scientiam repulisti repellam te à me, ne sacerdotio fungaris mihi.* Et Sapiens: *Qui evitat discere, sentiet mala.*

Fortitudinis etiam manifestus est defectus, qui laborè fugit studiorum, & inertæ atque otio se abdicat: unde est illa multa malitia quam docet ostendit, ut ait Ecclesiasticus.

Denique Temperantiæ quanta inde jaçtura, cum modus & medium in quo illa tota consistit, ignoratur? aut si ignorans sibi nimis fidit, quanta præsumptio, quanta vanitas, quanti inde lapsus errores, illusiones & hæreses, cum aperti dicantur propterea captivus populus meus ductus est, quia non habuit scientiam. Et, **QUÆCUNQUE** quidem ignorant, blasphemant. Quod si plebeio & Laico damnoſa est ignorantia, quanto magis Sacerdoti vel religioso? *Ponet in Rationali iudicij, ait Dominus, Doctrinam & Veritatem.* Et rursus. *Præceptum sempiternum est in generationibus vestris, ut habeatis scientiam discernendi inter sacrum & propheticum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea.* **SI** *QUIS* ignorat ignorabitur, ait Apostolus. Unde & suo Timotheo: *Mali homines & seductores proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Tu vero permane in ijs qua didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didicisti. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitiâ, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum.*

Matth. 15.

Osce. 4.

Prov. 17.

Ecclesi. 33.

Is. 5.

Iuda.

Exodi. 28.

Levit. 10.

1. Cor. 14.

2. Tim.

niam



num instructis, Væ nobis si timidos & ignaros habuissimus Patres; & vae illi animæ audaci, quæ sine scientia necessaria, & sine studio scripturarum sibi & alijs satis scire præsumit. Vique quò imprudenter adhibent scientiam?

III. PUNCTUM

**S**IC igitur caueandum est ne scientia Virtuti praeferatur, ut tamen scientia non negligatur; Cum non minus detrimenti virtus possit accipere ex neglecta scientia, quam ex nimio literarum studio: Sic itaque simul utrumque coniungendum est, ut alteri non obstat alterum, imò proficit, & se in mutuo iuvent & foveant. Ex virtute scientia comparatur, & per scientiam virtus conservetur. Robur accedit utrique ex utraque, dum per virtutem scientia conquiritur & exercetur, ac per scientiam virtus operatur & prævalet. Aptillimè Ilidorus: Tam vitâ, quam doctrinâ clarere deberet Ecclesiasticus Doctor, nam Doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit. Vbi tamen esset contentio inter utramque, tum planè cedat scientia, neque tempus aut locum virtuti usurpet. Nam, ut ait S. Bonaventura, scientia pro virtute relicta, postmodum melius per virtutem reperitur. ATTENDE tibi & doctrinæ, ait Apostolus, infra in illò, hoc enim faciens, & tempus saluum facies, & eos qui te audiunt.

Hunc S. Augustinus, Sic, inquit, per ignem

& aquam tenenda est via, ut nec exuratur homo, nec demergatur; sic inter apicem superbia & voraginem desidia, iter nostrum temperare debemus, sicut scriptum est, non declinetis neque ad dextram, neque ad sinistram.

Præclare verò sanctus Bernardus de modo sciendi & fine, unde pendet tota est scientiæ cum virtute conjunctio: *Ve scias*, inquit, quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat. Quo ordine, ut id prius, quod maturius ad salutem; Quo studio, ut id ardentius, quod vehementius ad amorem; Quo fine, ut non ad inanem gloriam, aut aliquid simile, sed tantum ad adificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut sciatur ipsi, & turpis vanitas est; & sunt qui scire volunt, ut scientiam suam vendant pro pecunia, pro honoribus: & turpis quæstus est. Sed sunt qui scire volunt ut adificent, & charitas est. Et item qui scire volunt ut adificentur, & prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo, non inveniuntur in abusione scientiæ, quippe qui ad hoc volunt intelligere ut beneficiant.

Si sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiæ: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei invenies, quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.

Vide 3. par disc. 40. pag. 1168. de ordine.

Serm. 36. in Cant.

Pr. 2.

Pr. 1.

De summo bono c. 36.

1. Tim. 4.

Eph. 81.

COMMUNIS SANCTIS CONFESSORIBVS NON PONTIFICIBVS.

Sint lucernæ ardentes in manibus vestris. Luc. 12.

VERITAS PRACTICA.

Quantum cuique est Vigilantiæ, tantum Virtutis & meriti.

**RATIO EST**, Quia ordinariè loquendo, tantum cuique est virtutis & meriti, quantum sibi vim facit.

Sed quantum cuique est Vigilantiæ, tantum sibi vim facit.

Ergo & tantum est illi Virtutis & meriti. Quæ sanè consideratio multum valere debet ad commendationem vigilantiæ.

II. PUNCTUM.

**Q**UOD lucernæ illæ ardentes, quæ à Domino commendantur, Vigilantiæ significent; quanta sit in se illa Virtus, & quan-

ta fuerit in sanctis Confessoribus, quantumque inde eluxerint, & progrediendo per tres perfectionis vias ad supremum eius gradum pervenerint, vide si vacat in meditatione ad in declarandum instituta. Veritas verò Practica quæ inde deducitur, & quàm hic solum spectamus, tanti est momenti & ponderis, quanti res ipsa quam continet, nempe Virtus in actu, vel habitu, de utroque enim intelligi potest: *Tantum scilicet esse unicuique virtutis & meriti, quantum erit vigilantiæ, seu animi vigilantia ad virtutis exercitium.*

Ratio verò quæ affertur, aperta est & sæpe alibi agitata, quòd tantum sibi cuique est virtutis & meriti, quantum sibi vim facit, ut appetitum, seu partem hominis inferiorem subijciat rationi, & rationem Deo. In hac enim subiectione & subordinatione partium hominis, totius humanæ vitæ consistit.



Eccl. 19.

fistit ordo, cui constituendo deseruit tota virtutum connexio. Certe Virtus à Clemente Alexandrino non aliter definitur, quam concinna & congrua animi affectio, quæ per solam vitam rationi subijcitur.

L. 9. Poet. 6. 13.

Ipsæ quatuor præcipuæ & Cardinales Virtutes, ad quas cæteræ Morales referuntur, non aliâ magis de causâ dicuntur esse necessariæ, quam ut istam subjectionem faciant, vel conferrent. Unde non tantum sic dictæ putantur Cardines, quod sint præcipuæ; sed quod illi veluti Cardinibus, anima suis in quatuor potentiis aperitur Bonæ, quod est conforme & conveniens rationi, & claudatur Malo, quod est disconveniens. Sicque ad unamquamque potentiam continendam & perficiendam sunt institutæ, ut Prudentia resideat in intellectu, Justitia cum duabus aliis in voluntate: sed Fortitudo irascibili continendo deseruit, sicut Temperantia Concupiscibili. Nihil autem perfectionem usquam acquisita, quod in istis virtutibus non sit, ait S. Prosper, & alibi fuisse monstratum ex SS. Patribus, atque ex ipsa re, totam perfectionem referri ad illam partem seu potentiarum animæ subjectionem, quæ sicut fieri non potest sine virtutum exercitio, ita nec virtutes exerceri sine illa subiectione, & sine quadam vi illata homini ad illam efficiendam.

De Cont. vita c. 18.

Fide supra. Fer. 5. Dom. 4. & 3. die Janu.

Qualis enim virtutis actus esset, si non subijceret appetitum rationi? An posset ille actus esse ordinatus, dum animus inordinatus esset? At nonne tum inordinatus est animus, cum appetitus non subest rationi? Ubi ergo in illa inordinatione virtus? Plane oporteret virtutem animi esse inordinatam, aut prorsus inutilem, si non subijceret appetitum rationi, quam verum est tum inordinatum esse omnium, quando non subest rationi appetitus. Sed virtutem esse inordinatam aut inutilem, nec ipsæ aures ferre possunt. Manet ergo virtutis exercitium consistere in illa subiectione faciendâ, & tantum esse curæ virtutis & meriti, quantum sibi vim facit ad illam subiectionem aggrediendam & continendam. Sic regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. O quale motuum violentiæ sibi inferendæ.

Matth. 11.

II. PUNCTUM.

SED quantum cuique est vigilantia, tantum sibi cum divina gratia vim facit, & tantum subijcit appetitum rationi, & rationem Deo.

Ista enim subiectio tam rationalis est, & ad eam efficiendam tot rationes nos movent, ut si advertat animus, nec ut solet, abripiatur à se ipso, aut indormiscat ratio, plane appetitum domet, ne ab illo dometur. Hoc est enim quod solum excusamus in lapsibus nostris quotidianis, non advertēbam, non cogitabam quasi diceretur non essem lapsus si advertissem. Hoc est etiam quod in Scripturis propterea tantopere commendatur, ut nobis attendamus, nobis invigilemus, & ad singula quæque animum applicemus; quasi in hac una vigilantia cura totum rationis negotium esset positum, quasi hoc esset virum esse. Confortare & esto vir, inquiebat David moriturus filio suo Salomoni, & observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in vinis eius: ut intelligas universa quæ faciunt, & quocumque te verteris.

3. Reg. 7.

Prov. 1.

Ibid. 14.

Sic ipse Salomon sua scripturus Proverbia, hunc sibi finem proponit; Vi detur, inquit, parvulus astutus, adolescenti scientia & intellectus, ad singulas scilicet dirigendas actiones ex recte rationis & legis æternæ regula. Quod idem reperens his & similibus sententiis; Sapientia, inquit, callidi est intelligere suam.

Quidquod ipse Dominus, ipsa incarnata Sapientia, nihil in suis præceptis repetit frequentius, nihil inculcat vehementius quàm verbis, quàm parabolis, quàm exemplis, quàm hoc unum: Vigilate, videte, vigilate; quod autem vobis dico, omnino dico, vigilate. Et quod magis miseris, cum ipse in horto, seu monte Olivarum adisset præfens suis illis tribus Discipulis, quos socios suæ tristitiæ sibi asciverat; Vigilate, inquit, & orate, ut non intretis in tentationem: Quasi aperire diceret, non satis illis esse, quod adisset præfens, nisi etiam vigilarent: si tamen vigilantiam adhiberent, nihil prorsus damni à tentatione futurum, adeo potens est vigilantia.

Matth. 15.

Certe sanctus Joannes Chryostomus non dubitavit asserere minorem gratiam cum hominis vigilantia plus effecturam, quàm si major adisset gratia non ita vigilantia. Quod luculentè coarctat exemplo Salomonis & Jobi, quorum ille cum tam multis, quas à Deo consecutus est, gratis miserè perit, quia non sibi satis attentè vigilavit; hic autem in media gentilitate constitutus, solo rationis lumine, non quidem sine gratia, sed longè impari, quantum saltem ad æterna auxilia, sese contra universas demonis vires servavit, quia scilicet sibi semper præfens aderat, quia, ut ipse, ait, Verberatur omnia

Iob 9. & 32. opera





opera sua, sciens quod Deus non parceret delinquenti; Et semper quasi timentes super se fluctus timeat Deum, & pondus eius ferre non possit; id est, dum cogitaret se habiturum Deum offensum, si se impatientia daret; se se continuit, ne Deum haberet offensum: sicque sibi advigilans, nullum aut exiguum inordinati animi signum dedit. O quanta vis vigilantia, cum divina gratia! O quanta mentis incuria, quae sic sibi non vigilat!

III. PUNCTUM.

Quantum ergo cuique est vigilantia, tantum est Virtutis & meriti; Quia tantam sibi quisque vim facit ad subiiciendum Rationi appetitum, quantam ad id affectu curam & sollicitudinem, ex qua subiectione appetitus, tota est Virtus & omne meritum. Vos autem curam omnem subinfidentes, inquit S. Petrus, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam; Et quae plura prosequitur de singulis virtutibus, quae ab illa cura procedunt: Tum vero pergens; Cui enim; inquit, non praesto sunt haec, caecus est, & manu tentans. Quasi diceret: Totum est a vigilantia; Si cui virtus ita est comparata & acquisita, ut praesto sit ad omne opus, inde est quia ille oculatus & vigilans fuit ad cre-

bro virtutis actus exercendos. Si cui vero non praesto est virtus, non aliunde est, quam quod is veluti caecus fuit, minimè vigilans ad rationis ductum & Gratiae.

Atque hinc mystica illa representantur animalia, plena oculis ante & retro, in circuitu & intus, id est, in ipsis oculis alij sunt oculi, ut qui vigilant magis adhuc advigilent, sicut qui iusti & sancti sunt, magis adhuc iustiificentur; Unde est illud Apostoli: *Evigilate iusti, & nolite peccare*; Id est, tantum adhuc vigilantiae quantum necesse est, ad omne profus peccatum evitandum; vel potius quantum novae in dies adhibueritis vigilantiae, tanto minus peccabitis; Et tanto major fiet vobis accessio Iustitiae seu virtutis & meriti.

Nihilne te ista movebunt ad maiorem vigilantiam? Nihilne te illud Christi Domini, *Esto vigilans; Nisi vigilaris, veniam ad te, tamquam fur, & nescies quâ hora veniam ad te*. Nonne omni hora potest venire? Nonne ergo omni hora vigilandum, ne te non vigilansem reperiat? Nonne qui furem timet, eo cautius vigilat, quocirca scit in id furem maximè vigilare, ut in cautum ipsum adoratur & spoliatur? *Illumina Domine oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, praevalevi adversus eum.*

COMMUNIS OMNIBVS  
SANCTIS, ORDINIS RELIGIOSI  
FUNDATORIBVS.

Mortuus est Pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. Eccles 30.

Laudemus Viros gloriosos & Parentes nostros in generatione sua. Ibidem. 44.

VERITAS PRACTICA

Virtutum Patris nostri Gratia, non sermonibus exprimenda est, sed operibus comprobanda.

Hom. 2. de S. Eusebio.

VERBA sunt S. Maximi se sancto Eusebio Vercellensi, quorum sensus non est, reticendam esse sermone laudem illius Sancti, quem laudat, cum ipse sibi pugnantia diceret; sed potius quia illum maximè laudandum putat, sic à suis laudari vellet, ut nihil de eius laudibus detraheretur: si verò tantum sermone laudaretur & non operibus, multum de eius laudibus detractum putat. Unde, inquit,

non sermones sed operibus, comprobanda est virtutum eius gratia.

ATQUE hinc veritatis proposita Ratio est, Quia si à suo praecipuo Fundator Religiosi Ordinis laudandus est, ut quod est praecipuum in eius laude, non decerpatur.

Sed si tantum sermonibus & non operibus laudaretur, quod praecipuum est de eius laude, decerpatur.

Ergo non sermonibus tantum, sed operibus est laudandus.

I. PUNCTUM.

EX multis quae de hoc argumento habentur in Meditatione Communi sanctis Religiosi Ordinis



dinis Fundatoribus, pauca hæc ad Veritatis propositionem declaracionem excerpisse sufficiat: Primum est, maximam ex fundacione ordinis colligi eorum gratiam, virtutem & meritum. Secundum deinde est, præcipuum inde mereri gratitudinem & laudationem à suis. Tertium denique, sic esse laudandos, ut quod est præcipuum in eorum commendatione: eim & laudem, non reticeatur. Quis hæc non probet? Quis Religiosi Ordinis filius suum laudare Parentem nollet? Quis in ejus laude quod præcipuum est & quod maxime facit ad Religiosi instituti & sancti Institutoris commendationem dissimulari vellet? Nonne prævaricari diceretur ille, qui coram populo Panegyricum sancti Patris aggressus, leviam quædam & vulgaria tantum exprimeret, suppressis aliis, quæ vel maxime celebranda erant & ponderanda?

Héb. 11.

Iac. 5.

Non est quidem in immensum efferenda laudatio, ut adulationis aut amplificationis Oratoris speciem præ se ferat; sed neque est ita restringenda, ut quod ad Dei gloriam & Auditorum ædificationem dici potest, taceatur. Vide Ecclesiasticum, ut abundè laudat suos quosque præstantes viros. Lege Apostolum ad Hebræos, ubi eosdem antiquos Patres satis effusè commendat. Sic & consequentes anni Sanctorum vitas & illustriora facta, piè & religiosè venerati sunt. *Eccle. beatus sanctificamus eos, qui sustinuerunt.* Percurre aliquid mente aut etiam ore, quod in honorem sancti profundas, & de quo hodie familiarem sermonem habeas,

## II. PUNCTUM.

**S**ED si tantum sermonibus exprimeretur ejus laudatio, & non operibus comprobaretur; quod præcipuum est in ejus laude, decerperetur.

Illud enim est præcipuum in aliquo commendando quod maxime id attingit, propter quod præcipue commendatur. Certum est autem sancti Ordinis Fundatorem à suis maxime hoc nomine coli, quia eorum Pater est & Institutor: unde sequitur quod quidquid spectat ad hanc institutionem, maxime spectat ad Institutorem. Et quò Institutum est nobilius aut sanctius observatum, certè & Institutoris gloria nobilior, & laus illustrior. Nam licet proprie vita filiorum vitam patris non attingat, & merita utrorumque ita personis definiantur, ut unusquisque quod gessit sive bonum, sive malum, id secum portet: si tamen spectes communem hominum sensum,

& humanam æstimationem, eamque à ratione non abhorrentem: facile judicabis, probatos filiorum mores in Patris gloriam redundare, aut eorum degenerem vitam in ejusdem confusione & ignominiam quandam refluere. Unde aperte Sapiens, *Confusio Patris est de filio iudicis: quasi non mortuus, similem enim reliquit sibi post se.* In cujus scilicet similitudine ita vivat, ut si sancto Patri filius sit similis, sanctus in filio Pater habeatur, aut si filius dissimilis, certe ne quid filio simile dicatur de Patre: hoc saltem dicitur, non repræsentari nec commendari Patrem in filio, & proinde quod est præcipuum in ejus laude decerpetur.

Eccle. 22.

Eccle. 30.

Neque verò id tantum ex vulgi aut hominum opinione, sed ex ipsius sancti Patris Fundatoris, atque adeo ex ipsius Dei sensu id certissimum; quod si eorum mens & sententia quæreretur, quæ re præcipue commendari vellent in terris, Sanctos Religiosorum Ordinum Institutores: responderent haud dubie, illà potissimum, quæ peteretur ab instituti observantia, & constanti Religiosorum disciplina. Cum enim in Creatione talis instituti nihil aliud spectarent, quam divinam gloriam & animarum salutem ac perfectionem, quæ inde sequebatur ad perpetuam posteritatem: Quid aliud desiderare modò possint, quàm quod ipsi primò intenderunt? Quæ re una magis glorificari & gaudere possint, quàm si quod instituerunt, sanctè observetur? Aut quid tandem de sua glorificatione, de suo accidentali gaudio, & de sua commendatione magis detrahi & decipi dicent, quàm si quod maxime cupiebant, detraheretur?

*Gaudium meum & corona mea,* dicebat suis Apostolus: *Qua est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ, nisi vos?* Quamdiu scilicet integritatem vitæ servabant; unde si deflexissent in pravitatem, certe illud gaudium & coronam gloriæ Apostolo detraxissent. Unde & ipse idè: *Multi ambulanti, quos sape dicebam vobis, nunc autem & fletus dico, inimicos Crucis Christi, &c.*

Phil. 4.

1. Thess. 2.

Phil. 3.

Ah quale probrum Patri à Filio, quando inimicum se ejus rei facit, quam præcipue dilexit Patrem! Et quale probrum à Patre filio! Ne me voces Patrem tuum, quia te filium non novi: cum te per Crucem & disciplinam religiosam in Christo genuerim, quam tu excussisti.

III. PUN-



III. PUNCTUM.

ERGO non sermonibus tantum, sed longè magis operibus à Religioso filio, sanctus Pater est laudandus: Cum alioquin præcipuam ejus laudem laudando deciperet; quod certe impium & non ferendum. Nam si sanctus Chrysostomus sermonem integrum de hoc argumento instituit & more suo graviter & Christiane probavit, non esse laudandos Martyres, aut esse imitandos: quanto magis id verum esse oportet de sancto Patre a filio, aut non laudando, aut imitando. Nam, ut ante dixi, imò ut dicit Apostolus, alioquin prævaricari est: Si qua destruxi, inquit, iterum hac aedifico, prævaricatorem me constituo. At tu qui laudando religiosissimum Patrem, destruis Sermone mundum & mundana, quæ concukavit: nonne & ea rursus aedificas, cum re &

opere te mundanum ostendis? Nonne ergo & te prævaricatorem constituis? Redite prævaricatores ad cor; **VIDETE** vocationem vestram; videte Patrem vestrum: Attendite ad petram unde excisus estis, & ad cavernam lactis de qua præcisus estis; Attendite ad Abraham Patrem vestrum: & ad Sarram quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum.

1f. 46.  
1 Cor. 1.  
1f. 51.

QUOMODO obscuratum est aurum! mutatus est color optimi: dispersi sunt lapides Sanctuaris, in capite omnium platearum: Filij Sion in chlyti, & amicti; auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opera manuum figuli. Candidiores Nazari ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphyro pulchriores. Denigrata est super carbones factus eorum, & non sunt cogniti in plateis.

Tibren. 4.

Hæc melius unusquisque de se dicat aut cogitet, quàm de aliis.

COMMUNIS SANCTIS VIRGINIBVS.

Prudentes acceperunt Oleum in vasis suis, cum lampadibus. Matth. 25.

VERITAS PRACTICA.

Virgo sponsa Christi aut est vigilans ad integram perfectionem, aut non est Prudens.

RATIO EST, Quia in magnis coepit, & jam feliciter pene ad summum per ductis, non est prudentia deficere ob exiguos qui supersunt sumptus.

Sed si Virgo sponsa Christi non esset vigilans ad integram perfectionem, ita deficeret.

Ergo aut erit vigilans, aut non erit prudens.

Tertio denique talis virgo, & sponsa Christi non modo debet invigilare suæ puritati corporali, sed & ipsius animæ, *Ve sit sancta corpore & spiritu, & mundans se ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficiat sanctificationem in timore Dei*, ut ait Apostolus.

1. Cor. 7.

2. Cor. 7.

Hæc est Veritas modo consideranda, quæ duplici ex capite deduci & declarari potest; Primo quatenus virgo seu anima, sponsa est Christi perfectioni seu perfectissimæ integrari corporis & animæ vacare debet, quia hoc exigit sacrum istud Connubium, ut sponsa tota sit sponsi: ut sponsus totus est sponsæ; Et tanto firmiter simul cohereant, quanto magis similes & conformes inter se erunt. Et hoc videtur Christus Dominus innuisse cum virgines illas repulit a sacris nuptiis, quibus de erat in vasis oleum. *Columbarina*, inquit Sponsus, *perfecta mea*: Nihil illi de sit oportet, quin vere dicat; *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.*

Cant. 6.

1b. 2.

Sed quia de hoc capite ac genere perfectionis supra dictum est; Secundum, unde veritas proposita deducitur, & quod est paulo attentius expendendum, hoc scilicet est, quod alioquin virgo, sponsa Christi, non esset ex prudentibus, sed ex fatuis virginibus, nisi ad integram perfectionem

I. PUNCTUM.

ADVERTE primò quod quidquid dicitur de Virginibus, id tam competit virginitati, quam Virginitas aut castitas his vere convenit.

Secundò alias esse virgines mundi, alias esse virgines sponsas Christi, ut fusè habetur in meditatione de hoc argumento. Summa est, virginem sponsam Christi esse, quæ virgo est, ut sponsa Christi sit; & ut illi propius adhaereat, & ei soli placeat. *Desponsandi vos unum viro, virginem castam exhibere Christo.*

Serm. de Mart. Tom. 3. Gal. 2.

2. Cor. 11.



nem vigilaret Non est enim prudentis sed fatui deficere ab incceptis gloriosis propter exiguos al quos sumptus quisuperfunt, quique in manu sunt, postquam in illis iam plurimas expensas feceris, facillimèque ad exitum perduceres si quod est in manu, esset in opere; id est, si quod commodè posses, id velles exequi; Nam duplex ibi iactura est deploranda: Illa scilicet quâ inchoatum est opus; Et ea quâ imperfectum relinquitur. Est porro sapientis sic ante initium operis prævidere finem, ut nisi videat posse perficere, non illud incipiat, aut si prævidit posse, neque ipsa possit perficere quod incipit, non desistat. Hoc Christus Dominus duplici similitudine graviter a què ac planè demonstrat. *Quis anim, inquit, ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum, ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cepit aedificare, & non potuit consummare? Aut quis Rex, &c.* Certè si ille ridendus ut imprudens & fatuus, qui non potuit consummare quod cepit: quanto magis ille, qui nolit, licet possit.

Luc. 14.

## II. PUNCTUM.

**S**ED si Virgo sponsa Christi non esset vigilans ad integram perfectionem, ita deficeret ab incceptis, ob exiguum aliquid quod superest post tam multas impensas, quas iam viro & sponse fecit.

Expende primò, quale sit opus, quàm arduum quàm difficile, quàm gloriosum, voveret aut consecrari Deo virginitatem, pudicitiam aut castitatem, sicut Religiosi, vel Sacerdotes, aut alij sese Deo dant. Quàm multas simul virtutes concurrunt ad illud cælestè consilium suscipiendum: quanta è cælo gratia: quanta ex animo virtus: quot ludæ, quot certamina, quot victoriæ de mundo, de carne, de dæmone! Martiris genus est nobilissimum perpetua illa castitas, sive ob rei dignitatem, sive ob religiosam consecrationem, sive ob difficultatem. Assume, inquit S. Hieronymus, scutum si lei, lorica m justitia, galeam salutis, proce de ad prælium: habet & pudicitia servata martyrium suum. Et S. Augustinus, Sicut Castitas, Veritas, & iustitia Christus est: sic & ille qui ei insidiatur, persecutor Christi est: Ille vero qui castitatem in alio & seipso custodire voluerit, Martyr erit. GENES Martyris est, inquit, S. Ber-

Ep. 3. de Virg.

De Honest. mul. c. 13.

nardus, illo quo caduntur membra, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius.

Serm. 30. in Cant.

Ed igitur cum virgo jam venerit, cum sublimè hoc & Angelicum vivendi genus, omnibus abdicatis oblectamentis, susceperit: nonne dicenda est expensas jam fecisse plurimas & præcipuas ad illius mysticæ turris ædificationem, seu ad perfectionis finem attingendum? Quod verò superest, quid tandem potest esse? Vanitas fortè aliqua expurganda, sollicitudo forte intentior in pietatis exercitiis, linguæ moderatio, aut quid simile, cui si virgo paululum advigilaret, facillimè rem totam conficeret, & perfecta esset. Desinat verò vigilare, tum certe vana erit & superba, indevota, intemperans linguæ & oculorum, uno verbo imperfecta. At nonne hoc est deficere propter exiguum nescio quid, post tot impensas factas? Tanta passia erit sine causa? cur non cogitat dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? Quid prodest ei, quod laboravit in vintum? Quamdiu enim vana, aut indevota erit, non attinget perfectionem, cui tamen attingendæ tantum contulerat, quanta est virginitas cæteræque ejus comites & administræ virtutes.

Gal. 3.

Ecc. 4. &amp; 5.

## III. PUNCTUM.

**E**RGO certissimè non est prudens, sed fatuus illa virgo, quæ in re tam exigua deficit, qualis est modica vigilantia, cujus tamen defectu totum perit, quod prætendebat, aut certe non consummatur & perficitur. Cum enim perfectè prætendatur, illaque desit ob defectum vigilantie necessariæ, certè non consummatur opus, & est virgo deridenda ut fatua. Neque aliter quinque illæ Virgines sic denominatæ sunt à Sponso, quàm quia, ut ait S. Joannes Chrysostomus, majore certamine superato, in faciliore totum perdidit. Quid est enim pecunia illa, vel diligentia quæ ipsis oleo conquirendo erat necessaria, si compararetur cum virginitatis gloria? & tamen defectu illius pecuniæ, vel diligentie, Virginitatis effectum non obtinuerunt. Nescio vos, inquit Sponsus, licet virgines essent, licet haberent lampades, licet expectassent ad januam, licet pulsarent fores, & miro sponsi affectu tenerentur: quia tamen non vigilantes, non attentæ lampadibus suis quæ erant sine oleo, nesciuntur, repelluntur, & deridentur.

Hom. 79. in Matth.

O quàm illud potens & efficax ad perpetuam sui custodiam & vigilantiam! Est enim naturale & su-



& supernaturale, quatenus id humanæ naturæ est, velle prudentem haberi, aut certe nolle fatuum reputari: & id gratiæ ac supra naturam, sic velle à Deo commendari, aut nolle ab eo reprobari. Ergo in id Anima mea quantum tibi est naturæ & gratiæ, in id totum confer & collige, ut vigiles ad omnia, nihil per incuriam aut delictam negligas: non indormites, ne statim postea dormias, sicut istæ virgines fatiæ dormisaverunt & dormierunt, id est, à levi culpâ, seu negligentia in graviozem ceciderunt.

Denique sicut in materia Castitatis, sic ubi-

que vigila, sic certa, sic vince pro integritate perfectionis, ut possis univesim cum Sara Coniuge Tobia dicere: *Mundam serva vi animam meam ab omni concupiscentia.* Sic aptè S. Cyprianus ad virgines; *Quarum, inquit, quod sublimior gloria, major & cura est. Flo: est ille Ecclesiastici germinis habitus &c. Neque inani hac cautio est, & vana formido, qua ad salutis viam consulit, qua Dominica & vitalia precepta custodit, ut qua se Christo dicaverint, & à carnali concupiscentia recedentes tam carne quàm mente se Deo voverint, consumment opus suum magno premio destinatum.*

*Tob. 3.*

*De disci-  
plina &  
habitu  
Virginum.*

## COMMVNIS SANCTIS, NON VIRGINIBVS.

*Mulierem fortem quis inveniet? Prov. 31.*

### VERITAS PRACTICA.

Quâ ratione difficile est Mulierem fortem invenire, eadem facile est inventam prædicare.

**RATIO EST,** Quia idcirco difficile est Mulierem fortem invenire, quod ut mulier fortis inveniat, multa sunt illi expugnanda, qua difficile est expugnare.

Sed si semel ea expugna verit, sic que fortis inventa fuerit, tum valde laudanda est Mulier, atque inde propterea facile est illam prædicare.

Ergo qua ratione difficile est mulierem fortem invenire, eadem facile est inventam prædicare, seu summis effere laudibus: Unde discas quid sit verè laudabile in muliere: quid sit quod fortem & laudandam efficiat.

### I. P U N C T U M.

**Q**UÆ Sancta Mulier colitur, non dubium quin fuerit fortis, cum ad sanctitatem non nisi fortitudine perveniri possit. Quod autem tam fortis fuerit, ut ad eam sanctitatem pervenerit quæ in ea colitur, inde potissimum laudanda est & prædicanda. Sicut enim tam ratum est mulierem fortem invenire, ut sapiens quærat, quis eam aliquando inveniet; ita, si quæ fortis inventa fuerit, inde profectò est tantò magis laudabilis, quando est rarior. Atque ipsâ illâ ratione, quâ difficile est fortem invenire, eadem facile fiet, ut inventa laudetur & prædicetur; seu quod idem est, ut quàm sit *Haynufus Paris Prima.*

laudabilis, demonstratur. Quæ quidem Veritas modo expendenda sic univesim declaratur, ut particulatim sanctæ Mulieri de qua celebritas sive sermo instituitur, accommodari possit, & unicuique fructum inde colligenti qui potest elici.

Age ergo quænam est ratio, cur sit tam difficile mulierem fortem invenire? Hæc nempe est, quod ut fortis inveniat, multa sunt illi expugnanda, quæ difficile est & perarum expugnare. est enim omnis mulier, atque illa præsertim quæ viro supsit, naturali propensione tam variis affecta & addita mundi rebus, ut humanum affectum inde extrahere, sit quàm difficile. Nisi autem affectu suo sit valde temperata, numquam fortis censetur, cum in eo potissimum sita sit fortitudo, ut affectionibus animi resistatur, quibus qui cedit, non nisi mollis, infirmus, & imbellis habetur.

Quænam porro sint illæ res, quibus nupta Mulier seu Mater familias communi sexus inclinatione, seu particulari sui ductu ingenii afficiatur; tu ipse vide quantæ sint, quæ naturalem appetentiam vehementius excitent, & agnosce illas omnes esse, quæ illius animum implicant, divitiæ abundantes, domus ampla, supellex varia, vestes exultæ, ornatus omnis, viri summa auctoritas, natorem gratia non vulgaris, & quicquid demum oculis placet, hoc totum mulier appetit; & in hoc appetitu tota conquefcit & tota vivit, nisi totis viribus sibi resistat, nisi se cum pugnet, ut appetitum rationi & gratiæ subijciat. Quod quàm sit difficile, vel ex eo patet quod sibi ab aliis resisti vix umquam patiatur

Mm

mu-



mulier, quanto minus à se, si potest sibi indulgere quod cupit? Quod si non potest, eò acius cupiditas excitatur, amor in dolorem transit, & dolori resistere non est minor difficultas, quam amori. Hinc aptè Sapiens, *Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo, & si non ambulaverit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum.* Quia scilicet cupiditate solà movetur, qua etiam ceteros movere vellet potius, quam ab ea dimoveri. O quàm sapienter Apostoli toties iterant & commendant, ut sint mulieres subiecta viris suis.

Ecclesi 25.

Ephes. 3.

Coloss. 3.

I Pet. 3.

## II. PUNCTUM.

**S**ED si semel difficultates illas expugnârit Mulier, si que fortis inventa fuerit, tum valde laudanda est, atque inde propterea facile est illam prædicare.

Certe si sit inde valde laudanda, facile est etiam, inde illam prædicare, seu suis ornare laudibus. Quod inde autem sit valde laudanda, tam manifestum est, quàm Virtutem esse laudabilem & quàm aperte patet seipsum vincere, virtutem esse præcipuam, atque eximios esse virtutum affectus, quos variæ occurrenti vineendi occasiones & difficultates. Atque hic si à thesi ad hypothesein seu ad particularem alicujus mentionem descendas, exponi possunt, quæ de quanta habuerit pervincenda, quæ à fortitudine pervicerit, quibus inde, virtutibus eluxerit, & quibus propterea laudum encomiis sit evehenda. Neque enim duntaxat vitium quod à cupiditate proficiscitur hæc fortitudine impeditur, sed illà cupiditate semel repressâ, omne genus boni in domesticos & externos exercetur. Nam sicut ubi malè mulier, nihil peius, sic ubi bene, nihil melius. Vide Ecclesiastici caput vicissimum quintum, & vicissimum sextum, in quorum altero, quantum de muliere nequam, tantum in altero de muliere sancta fuse differitur. Percurre etiam quæ de forti muliere per verborum trigesimo primo capite referuntur, & quanta inde virtutem & laudum seges colligi posset, facile est intueri.

Ecclesi. 25.

Et 26.

Prov. 31.

O quantum nobis bonorum quotidie deperit nostri à negligentia! Eo mulier in se sua domesticâ, in lana & lino, in omni denique manuum suarum opere, sanctitatis cumulum sibi collegit, nos ne toto anno id consequemur, quod uno illa momento!

## III. PUNCTUM.

**Q**UA ratione igitur difficile est mulierem fortem invenire, eadem facile est inventam prædicare. Cùm difficultas inveniendæ fortis proveniat à difficultate fortitudinis exercendæ contra naturalem sexus propensionem in omnium rerum cupiditatem, quæ cupiditas quando etiam reprimatur, tum fortis apparet mulier, & tantis propterea digna est laudibus, quantæ res erant concupiscibiles quæ fortiter vel omnino contemptæ sunt, vel ad solum vitæ usum ex virtutis præscripto reservatæ. *Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempsit propter amorem Domini mei Jesu Christi.* Hoc est esse mulierem fortem; hoc est esse tam præclarum, quàm rarum; hoc denique est quod tam facile de inventa prædicatur, quàm difficile est invenire de qua prædicetur.

In Officio Ecclesi.

Hinc fortassis Israelitæ, cùm de acceptis donis insigniores Deo gratias referre vellent, vel offensum sibi efficacius propitiare Numen, nihil exogitarunt accommodatius, quàm ut Deo præsentarent, quod cupiditatem habendi solet vehementius, seu in viris, seu præcipuè in mulieribus excitare: nempe periscelides & armillas, annulos & dextralia, ac murenulas, quæ cuncta Deo magnificè ab ipsâ oblata commemorantur, non tam ex rei oblatae pretio, quàm ex Offendentium animo, qui re ad modum carâ & desiderabili sese viriliter denudabant.

Num. 31.

Eximia est in hoc genere, Temperantia & Fortitudo Regina Esther, quæ sic de se, Domino. *Tu scis, inquit, necessitatem meam, quod abominat signum superbia & gloria mea, quod est super caput meum in diebus ostentationum mea, & detestor illud quasi pannum menstruatum, & non portem in diebus silentij mei.* Si sic Judæa mulier, quid Christiana? Numquid hæc Regina surget in judicio contra mundanam animam, quæ à Christo edocta mundum contemnere, minus contemnit quàm illa Christi prioris ignara? Rectè admodum S. Gregorius Nazianzenus, qui ex omnibus humanis & terrenis bonis hoc unum verè bonum reperiebat, quod in his haberemus quæ propter Deum possemus delerere, & nos ei simul cum bonis dare.

Esth. 14.



I N  
D E D I C A T I O N E  
E C C L E S I Æ.

*Pavete ad sanctuarium meum, ego Dominus. Levit. 26.*

VERITAS PRACTICA.

In loco sacro non pavere, pavendum est.

**RATIO EST**, quia ubi se Deus magis presentem & magis colendum præbet, ibi non pavere, pavendum est.

Sed in loco sacro se Deus magis presentem & magis colendum præbet.

Ergo ibi non pavere, pavendum est, & profecto cavendum.

I. P U N C T U M.

**Q**UOD ait Sapiens, Nemini spatium peccandi dedisse Deum, de locorum ac temporum spatii perinde posse intelligi, nemo ignorat, qui sciat Deum non minus esse immensum quàm æternum. Sicut enim æternitate sua Deus omnium spatia temporum sic comprehendit, ut nullum sit tempus quo non sit Deus, & quo colendus non sit; ita prorsus immensitate sua, locorum vastitatem omnium sic complectitur, ut nullus sit omnino locus, in quo non subsistat, & ubi non sit timendus. *In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus.*

Verum his non obstantibus, sicut certos quosdam dies designavit, quibus insignis coleretur; ita quædam sibi loca sacra & dedicat, in quibus singulari cultu vult timeri. *Custodite, inquit, Sabbata mea, & pavete ad sanctuarium meum.* Videlicet ut loci simul ac temporis venerationem jungat? Audisne verò quo exprimat verbo loci cultum quem exigit? *Pavete*, inquit, ad illum quem mihi dico, consecroque locum. Quis crederet ita esse tremendum, nisi Deus ita ipse imperaret? Quis autem dubitet sic ipso edicente? Et tamen quàm id paucis persuasum est? quàm multi è contra sunt, qui non modo non pavent aut tremunt in locis sacris sed vix à profanis ea discernunt, ne minus audacter & libere quidquid animo libuerit, & cogitant & effutiant, quàm si sacer & sanctus non esset locus, aut

quàm si nulla sanctitatis ejus esset habenda ratio.

Quamobrem illud in primis ad praxim, quando de locis sacris agitur, intelligendum est, quo sint à nobis cultu frequentandi. Sicut vero ille cultus non alio potuit expressius verbo designari quàm *pavoris*, ita quàm sit debitus ille pavor vix aptius representari queat, quàm si dicatur, *In loco sacro non pavere, pavendum est.* Sic enim cum divina gloria non modo res nostra conjungitur, sed in re nostra damnum æquè proponitur ac emolumentum, id est, damnum tum æquè demonstratur, non pavere, ac pavere, fructuosum: Quod genus persuadendi plurimum valet.

Sic utrumque porò demonstratur. Ubi se Deus magis presentem ac colendum præbet, ibi non pavere, pavendum est; Quia quidem in propositione tria videntur distinctè perpendenda. Primum, quid sit quod Deus se in uno magis loco presentem statuatur quàm in alio, cum sit æquè præsens in omnibus. Secundum, quid sit & quamobrem Deo præsentis pavor ille concitandus? Ac denique Tertium, cur nisi tum paveas, sit propterea magis pavendum.

De primo, non minor esse posset quæstio, cur dicatur Deus esse in loco: quàm cur dicatur in uno potius quàm alio? nam si proprie loqui velis, Deus nullibi est quàm in seipso; quapropter à sanctis Patribus dicitur illocalibilis, incomprehensibilis, incircumscriptus, & non esse in loco, sed ipsum sibi esse locum. Sic inter alios S. Joannes Damascenus. Quid est igitur cur non tantum esse in loco, sed ubique locorum & creditur, & ipse per Prophetam testatur: *Numquid non caelum & terram ego impleo: dicit Dominus?* Respondet, & acurè simul ac pie difficultatem solvit S. Gregorius. *Ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia; & superior est per potentiam, & inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem; sursum regens, deorsum continens; extra circumdans, interius penetrans; nec alia parte superior; alia inferior; aut alia ex parte exterior, atque alia manet interior, sed unus idemque totum ubique*

M m x pra-

L. I. de fide, c. 16. ler. 23.

L. 2. Mor. c. 12.

Ecl. 15.

Ab. 17.



praesidendo sustinens, sustinendo praesidens, circum-  
dando penetrans, penetrando circumdans. Unde  
superius praesidens, inde inferius sustinens, & unde  
exterius ambiens, inde interius replens; sine inquit  
tudine superius regens, sine labore inferius sustinens  
interius sine extenuatione penetrans, exterius sine  
extensione circumdans. Est itaque inferior & super-  
ior sine loco, est amplior sine latitudine, est subtilior  
sine extenuatione. Actandem paucis haec omnia  
contrahens sic concludit, dum per molem corporis  
nusquam est, per incircumscriptam substantiam  
nusquam desit.

L. 1. de  
summo bo-  
no c. 2.

Quod & sanctus Isidorus insigniter: *immensitas Divinae magnitudinis ita est ut intelligamus eum intra omnia, sed non inclusum; extra omnia, sed non exclusum; & ideo interiorum ut omnia contineat, ideo exteriorum ut incircumscripta magnitudinis sua Majestate omnia concludat.*

Ex quibus sanctorum Patrum dictis cum pateat nihil repugnare quod nulli bi simul & ubique Deus dicatur esse propter miras & diversos existentis agentisque Dei modos; sic plane fit evidens, cur in uno praedicetur potius esse loco quam alio, quia videlicet in uno potius se praesentem exhibet quam in alio, Quid est se praesentem exhibet, nisi quod majora seu nova suae praesentiae simul & operationis signa ponit, aut aliquid monumenta beneficii, natiuaeque bonitatis argumenta, quae dum in uno significantius praesentat loco quam alio, non se aliis propterea subtrahit locis, nec minus ubique praesens est, sed non est tamen ita praesens, nec tam aperto praesens modo, quam ubi se adesse & interesse nobis apertius manifestat. *Et ad eum venimus.* inquit, & mansionem apud eum faciemus. *VENIUNT* scilicet eum se illic esse ostendunt; *veniunt ad nos,* dum venimus ad eos: *veniunt subveniando, illuminando, implendo; vimimus obediendo, intuendo, captendo.* Sic S. Augustinus. Unde in caelo potius quam in terris esse Deus praesens dicitur, quia se illic indefinenter Beatis omnibus videndum ac fruendum per omnem exhibet aeternitatem, ac propterea caelum in scripturis vocatur ejus Dominus, ejus tabernaculum & ejus sedes. *Caelum,* inquit, *sedes mea, Deus autem noster in caelo.*

If. 66.  
Es. 13.

Pari quoque sensu dum in terris unum designat locum, ubi aliquid singulariter operetur, & singularem operis sui velit a nobis haberi rationem, nonne tum in illo etiam singulariter dicens est esse loco? Nonne sic Jacob apertè loquitur: *Verè Dominus est in loco isto & ego nesciebam.* Nonne sciebat ubique Deum esse? Cur ergo dicit

Gen. 28.

se nescivisse quod in isto esset loco, nisi quia singulari quæ ignorabat modo praesens illic aderat, quem ut cognovit, in has protinus erupit voces *Verè Dominus est in loco isto;* quasi non illic ante, vel quasi non esset alibi, quia revera nec ante nec alibi, tali erat modo, quo tum esse agnoscebatur unde & locum Jacob vocavit *Bethel,* id est, *Domum Dei.*

Sicut anima licet in toto sit corpore, magis tamen in capite vel in oculis residere dicitur, quia majores ibi & insigniores sensuum praestat effectus, sic ubi se suaeque Deus attributa vel Justitiae vel Bonitatis & Potentiae notiora facit, ibi adesse potissimum denuntiatur, *Ego ego sum, ego vidi, dicit Dominus.*

lev. 7.

Si à mortali homine sic videretur, quis non tremet, quis in ejus conspectu non paverit? *Et columna caeli contremiscans & parveans ad nuntium ejus.* S. d. nisi miore sunt oculi carni, *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & vivet,* ait ipse Deus Moysi, de quo Propheta sic Apostolus *Invisibile tanquam videns sustinuit,* quasi dicet fati Moysi fuit, & fidei nostrae fati esse debet ad omnem cultum invisibili Deo tanquam visibili persolvendū, quod talem ille cultum à nobis exigit his ipsius signis, quibus sensibilem suam facit praesentiam. Atque hoc est secundum ex tribus propositū, quod explanemus, de affectu pavoris qui tunc loci & temporis singulariter Deo debetur. Certè non est in toto terrarum orbe locus, ubi Deus non sit summè colendus, sed tamen ut est Optimus sicut & Maximus, remittit ipse aliquid de illa summa veneratione cum interna tum externa, quam meretur & quam teneremur reddere, nisi indulgeret. At verò in illis locis ubi se magis praesentem indicat a deo non remittit de reverentia sibi exhibenda, ut illam imperet, nisi reddatur. *Solve,* inquit Moysi, *calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est.* Et paulo post cum descenderet Dominus super montem Sinai. *Constitues,* inquit, *terminos populo per circuitum, & dices ad eos, cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius, omni qui tetigerit montem, morte morietur.*

Job. 26.

Exod. 33.

Hebr. 12.

1b. 19.

Licet igitur hoc unum esset, quod in illis locis ubi appareret, ita religiose vellet coli, nonne id sufficeret ad omnem ei cultum deferendum, sicut hoc unum sufficit ad illum praecipua veneratione colendum certis quibusdam diebus, quia sic praecipit? Verū adde huic divinae ordinationi iustissimam causam & aequissimam rationem, quae petitur à dignitate & Majestate se manife-

Man-



tantis Dei, à Bonitate Beneficientis, à Potentia Operantis, à Justitia punientis, aut alia quavis perfectione, quam illustrius exhibet. Quanta putas cum veneratione dignum? quanto tum credis animi corporisque famulatu, religione, obsequio. Deum esse demerendum?

Qui non timebit te Domine? Hoc videlicet in Apocalypsi dicunt quibus insigniora quaedam notifiunt divina opera, unde in stuporem rapti dum mirantur quam sit inde timendus Deus, simul admirantur si quis illum non timeat: sic enim pari affectu omnes, in unum & idem conveniunt ut dicant: Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens. Iusta & vera sunt via tua, Rex saeculorum, qui non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? Quasi dicerent, nullus est, ubicunque locorum sit, qui te sibi praesentem & operantem attentius cogitet, qui non illico timeat.

Atque hic timor qui ex divina concitatur praesentia talis est, ut non aliter aptius possit significari, quam hoc pavoris nomine, qui singularis affectus est, quo totus in se homo colligitur, ut se totum in divinum impendat culum; & cum se totum etiam impenderit, agnoscat se nihil praestitisse praesumma illa Majestate quam Primores & Beatiores creaturae non satis dignae sunt venerant.

Sic Jacob ille vir Dei, qui dixerat, *verè Dominus est in loco isto, ego nesciebam*, nonne statim in hunc transit affectum, cum statim scriptura de illo dicat *pavensis, quàm terribilis est, inquit, locus iste! non est hic aliud nisi Domus Dei & porta caeli!* Mirum sanè si non paveret ad terribilem conspectum loci, sed magis mirum quod locus ille dicatur terribilis qui est Domus Dei & porta caeli? Quid de Purgatoriis aut aliis infernis locis diceretur acerbius, quam quod terribilis illorum esset aditus & ingressus? sed aliud est esse terribilem horrore poenae ac praesentiae demonum, & aliud horrore sanctitatis ac divinae praesentiae.

*Demoni contremiscent*, inquit S. Jacobus, si quid & ipsae tremunt supremæ potestates? sed tam diversus est utrorumque spirituum tremor, quam supremi distant ab infimis, quam caelestes ab infernis, quam Beati à damnatis. Sic in nobis aliud est tremere vel terri propter solam poenam, & aliud propter solam offensam, sive propter solum Deum, à quo verearis te subducere, & in cuius conspectu apparere timeas, quod non sis satis mundus & purus. Sic dicebat suis Moyses, *nolite timere, ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis & non peccaretis.*

Quibus ex verbis duplex necessario colligendus est timor. Nam & vetat simul & praecipit ut timeant ad adventum sive ad praesentiam Dei, non timeant, inquit, ut fugiant Deum, sed timeant ut eum colant. Sic expresse Apostolus postquam dixit, *non accessibilem montem & accessibilem ignem*, ut scilicet timeretis supplicia, sic tamen consequenter addit, *serviamus placentes Deo cum metu & reverentia, Et enim Deus non solum igni consumens est*. Quasi aperit diceret, non apparet quidem nobis Deus sicut olim in accenso & ardenti supra montem igne ut nos terreat & disperdat: sed tamen ignis est qui metu & timore quem vocat reverentialem, sit timendus: aut certe licet occultus sit, non desinit illos tamen consumere qui non praesentem timeant.

Ex quo sanè Apostoli dicto, quod terribile est declarandum, satis clarè innotebit, *non pavere pavendum est*. Vel enim profus Atheum illum esse oportet, qui dum se magis praesentem Deus exhibet, non magis esse credat, vel omnino stupidum & impium, qui divina signa praesentiae non sentiat, aut nullo pietatis sensu moveatur. Qui ab igne recedit longius, non accenditur, aut qui accedit propius, consumitur. Sic illi plane, vel absunt à Deo longius, quem non esse praesentem credunt, vel audaciter sese illi communicant qui nullo praesentis metu deterrantur. At nonne utrumque pavendum est? Qui te adire nimis verentur, nesciant mansuetudinem tuam, dicebat Augustus Caesari quidam adulator: aut qui non satis verentur, nesciunt Majestatem tuam. Nonne hoc verius inverecundis illis qui nil timeant, objicias? Nec dicant sibi non esse liberum aut in sua positum potestate, moveri, pavere, & terri ad praesentem Deum? Neque enim tam affectus sensibilis quaeritur, quam effectus rationalis, ut tum eo se componant modo quem divina decet reddere Majestati, quae se propterea praesentem reddit. An minus illi possunt quod Babylonij, Perse, & Medij, quibus Rex Darius imperavit, *ut contremiscent & paverent Deum Daniels?* aut si aequè possunt, cur non aequè verentur Christiani? Nonne id stupendum & pavendum? Patebit paulò post, etiam apertius.

## II. PUNCTUM.

SED in locis sacris, nempe in Ecclesiis seu templis Deo dicatis ac consecratis, se Deus magis praesentem facit, majoraque sua praesentia signa, Bont-

Mm 3

Hebr. 12.

Apost. 15.

1st. 2.

Exod. 22.

Dan. 6. &amp; 14.



Bonitatis, Beneficentie, Potentia, Iustitia, ceterarumque virtutum, sive perfectiorum monumenta constituit.

Quod primò quidem patuit in illa deserti parte, ubi Tabernaculum & quidquid ad divinum spectabat cultum cœpit erigi & spectari: sic enim scriptura refert: postquã omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini implevit illud: Nec poterat Moyses ingredi tectum faderis, nube operiente omnia & MAIESTATE DOMINI CORUSCANTE. Deinde vetò post apertius etiam in templo Salomonis, dũ Deo dicaretur, sicutum præsens adfuisse Divinum numen refertur, ut impletetur Domus Dei nube, nec possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem: compleverat enim gloria Domini domum Dei. Tunc Salomon ait, Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine, ego autem edificavi domum nomini eius, ut habitaret ibi in perpetuum.

2. Par. 5.

6. Et post multa: Cũque complisset Salomon fundens preces, ignis descendit de caelo, & devoravit holocausta & victimas: & MAIESTAS DOMINI implevit domum: nec poterant sacerdotes ingredi templum, eo quod impleisset Maiestas Domini templum Domini. Et nonnullis interjunctis, sic ipse Dominus: Oculi quicquid in terris aperti, & aures meæ erant ad orationem eius qui in loco isto oraverunt: elegi eum & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum & permanent oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus.

Poterantne dari Divinæ Præsentia testimonium certiora? atque hæc cum dicebat & fierent, quo tempore templum Domino dedicabatur, quis non videat quàm sit antiqua & religiosa templorum dedicationis institutio? cuius cum festus etiam dies solenni ritu Hierosolymis ageretur, ipse Christus Dominus interesse voluit: & qui vocabant Encæniorum celebritatem, sua cohonestavit præsentia.

Joan. 10.

Nec silei debet quod in libris Machabæorum refertur de quodam Heliodoro, qui cum impietatis panas in templo male multatus dedisset, non cessabat illam quam suo licet damno & pudore conserat divinam præsentiam deprecari, venerari & suspicere, eo quod, inquebat, in loco sit verè Dei quadam virtus, nam ipse qui habet in calis habitacionem, visitator & adiutor est loci illius. Sic ille palam profitebatur.

2. Mach. 3.

Quæ quidem potiori jure de nostris Templis Christiano more solenniter dedicatis debent intelligi, ubi longè est aliud sacrificium, ubi Deus, ubi Deus ipse homo factus, sacerdos est & iuge

sacrificium incruentum, ratione cuius prædictum est a Propheta, quòd nostrorum maior templorum futura esset gloria quàm templi Salomonici. Spiritus, inquit, meus erit in medio vestrum, nolite timere quia hæc dicit Dominus exercituum: adhuc unum modicum est, & ego commovebo caelum & terram & mare & aridam, & movebo omnes gentes: & veniet desiderata cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum & meum est aurum dicit Dominus. Magna erit gloria domus istius novissima plusquam prima, dicit Dominus, & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. Id est, omne bonorum genus, & præsertim ipertinotum & spiritualium, quæ certè templo illi Hierosolymitano, quod vel à Zorobabele, vel ab Herode restauratum est, non ita planè conveniunt ac nostris modo Ecclesiis, ubi Desideratus Ille gentibus nobiscum indescendet adest usque ad consummationem sæculi: completurque fideliter illud, quod ab alio prænuntiatum fuit Propheta: Dabit vobis Dominus panem arctum & aquam brevem; & non faciet avolare à te ultra doctorem tuum; & erunt oculi tui videntes præcepto: em tuum, & aures tuae audient verbum post tergum monentis: hæc est via, ambulate in ea & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui & vestimentum conflatum auri tui, & disperges ea sicut immunditia menstrua. Egredere, dices ei, Nempe omni profano ritui.

Aggai. 3.

Is. 30.

Quod & alius Propheta palam fecit, cum sic Judæis templum suum restaurantibus, Dominum loquentem refert: Non est mihi voluntas in vobis & munus non suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis usque ad occasum, magnū est nomen meū in gentibus. Et in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo. Latio munda, quia magnum est Nomen meū in gentibus, dicit Dominus exercituum. Id est, in omni terrarum tractu locus erit ad sacrificium oblationis munda mihi destinatus. Ego autem in illo magnificabor, loco, sive per oblatum tale sacrificium, sive per gratias inde ac per reliqua Sacramenta tam ubertim & effusè profluentes, quàm erunt capaces hominum mentes ad eas recipiendas.

Mal. 1.

Zach. 13.

Ibi fors ille patens promissus in ablutione peccatoris. Ibi preparatus ille mons Domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi & dicent, venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebitur nos.

Is. 2.

no.



nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Ibi  
 germinis Domini est in magnificentia & gloria & fru-  
 ctus terræ sublimis, & exultatio his qui salvati  
 fuerunt de Israel. Ibi piscina salutifera non unum per-  
 fanando, non in anno semel, non per Angelum  
 commovenda, sed quoties quisvis ægrotus, o  
 beneficium, o præsentem divinam manum; quo-  
 ties quis sanari velit, promptiorem sentiet ipsius  
 Dei sanantis manum, quam æger vulnus detexerit  
 Ibi aperta mensa, ibi Cæna magna nunquam de-  
 ficiens esurientibus. Ibi Iesus Christus heri & ho-  
 die & in sæcula, clamare nunquam cessat: si quis  
 sitit, veniat ad me. Venite ad me omnes qui labo-  
 ratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ibi Pa-  
 ter misericordiarum expectat filium prodigum;  
 ibi eum in gratiam recipit, veste, annulo, convi-  
 vioque excipit singulari. Illuc bonus Pastor per-  
 ditam ovem refert; illic denique Cælum refertat  
 paucienti & infernum elaudit.

Hebr. 13.  
 Ioan. 7.  
 Matth. 11.  
 Luc. 15.

3. Dial.  
 6. 30.

3. Reg. 8.

Quid manifestius ad declarationem Præsen-  
 tiæ quid sublimius ad excellentiam Maiestatis?  
 quid utilius ad Bonitatis & misericordie largi-  
 tatem effundendam? quid ad Potentiam vim & o-  
 perationem efficacius? cum semper sensibilibus  
 signis Sacramenta contineantur, & suum sem-  
 per effectum habeant. nisi quid à nobis obstat.  
 Certe ille sæpe Christi visas imagine, nulla hu-  
 mani depictas manu, sæpe ipsam Christum se-  
 se multis spectandum & colendum dedisse, sæ-  
 pe olim ac modò etiam sat frequenter multa il-  
 lic patrata miracula legimus & videmus. San-  
 ctus quoque Gregorius quod suo contigit tem-  
 pore refert in magna serenitate aeris super altare  
 Ecclesie nubem cœlestis descendisse, suoque illud ve-  
 lamine operuisse, omnemque Ecclesiam tanto ter-  
 rore ac suavitate odore replevisse, ut patientibus  
 januis nullus illic præsumeret intrare. Sic ille ad  
 verbum. Sed quantumcunque mira sint & stupen-  
 da quævis prodigia, mihi nihil validius ad divi-  
 nã in templis credendam & colendam præsen-  
 tiã, quam quod Christiana fides docet de Sacra-  
 mentis, quæ ibi quotidie conficiuntur, & de pe-  
 rennibus gratiis quæ inde ad nos omnes indeci-  
 nentur. fluunt.

Ergo ne putandum est, quod verè Deus habitet  
 super terram? si enim Cælum & cali cælorum te  
 capere non possunt, quanto magis Domus hæc quã  
 edificavi? quasi diceret Salomon, non est dubi-  
 tandum quin verè Deus habitet in hoc loco, cū  
 totibi singularis suæ præsentia Bonitatis & pro-  
 videntia signa manifestet: sed id mirum quod i-  
 ta velit ea manifestare; aut quod ea manifesta-

tione tam parum homines moveantur, ut nec debi-  
 tum Deo cultum exhibeant, nec fructum picta-  
 tis reportent.

Non sic David, non sic Regius ille Psaltes qui  
 non aliter se introiturum in templum affirmabat,  
 quam in timore Domini. Introibo inquit, in Do-  
 mum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum  
 in timore tuo. QUOD magnum est præsidium  
 precedentibus ad salutem, ait tibi S. Augustinus.

Pf. 5.

III. PUNCTUM.

Quantum hinc igitur patet, locis sacris sa-  
 crum & debitum esse pavorem, tantum ibi  
 non pavere, profecto pavendum est. Quia  
 quidam Dei præsentis contemptus est, qui se  
 propterea magis præsentem indicat, ut magis  
 ibi timeatur; & quis sit ille timor, satis evidenter  
 exprimit, eum expresse dicit, Pavete ad sanctua-  
 rium meum; pavete non corporali sensu sed spi-  
 rituali, talem exhibendo cultum quem excitaret  
 Divina ipsa maiestas, si præsens oculis cerneretur,  
 aut si quod pararet miraculum; aut sicut  
 denique cum animus ad aliquod insolitum & sta-  
 pendum spectaculum sicut totus pavet & rapitur,  
 nullã ut alia re profusã spectando revocetur.  
 Sic planè sic attentum esse oportet, & affixum vel  
 sacrificio quod peragitur, vel officio quod cele-  
 bratur, vel orationi quam fundis, vel imagini  
 quam revereris, vel Christo quem adoras, ut ibi  
 totus sis animo & corpore sic ad pietatem & ve-  
 nerationem compositis, nullã ut parte desis.

Hoc est pavere sicut iubebat Dominus, hoc est  
 pavere non ad malum, sed ad bonum, sicut Pro-  
 pheta futurum prædixit in nova præsertim lege.  
 Pavebunt, inquit, ad Dominum, & ad bonum  
 eius in novissimo dierum. Hoc est pavere, hoc est  
 quod pater quique, quod Angeli, quod ipse Ange-  
 lorum Dominus, dum oraret, pavebat, & toto  
 se, contremiscebat, quantus, quantus ille esset,  
 toto se ipso, contremiscebat, dum oraret; sic enim  
 habes, postquam cepit pavere & cadere, Matth. 26.  
 prociidit super terram & prociidit in faciem suam,  
 Marci 14.  
 non tantum semel eum in hortu Patrem oravit,  
 sed in diebus carnis suæ, inquit Apostolus, id est  
 semper pro more suo preces supplicationesque ad  
 Deum, qui possit illum salvum facere à morte,  
 cum clamore valido & lachrymis offrens exau-  
 ditus est profusa reverentia: Quæ certè verba si  
 accuratius expendantur, tam stupendam in o-  
 rando, Christi designant demissionem & quan-  
 dam velut trepidationem spiritus, ut te con-

Osee. 3.

Matth. 26.  
 Marci 14.

Hebr. 5.



tra nū trepidare in conspectu Dei, prorsus stupendum sit & pavendum!

Quid? quod modò dum hæc meditaris, vel dum in templo inambulas, aut sedes otiosus, aut negotia mente tractas, aut coilo quia misces cum alijs; quid? quod inquam, ipse Christus Dominus in altar factus hostia Deo Patri mactanda, tam demisso, tam humili, tam omni prorsus ex parte religioso se constingit modo! Tu vero, tu quis es? tu peccator! tu tam multis obnoxius criminibus, tam multis addicendus supplicis, tu non modo nil vereberis, nil pavebis! Sed neque tuam præfractam agnosces audaciam Plane id pavendum, sed miserando illo pavore quem minatur Deus, *Pavore & terror & laqueus super te.* Reco dare zeli quem prætulit in templo, cum in dū & iterum eiecit vendentes & cementes, dicens: *Domus mea, Domus orationis est.* *Quanti putas animarum versioes puniret, inquit sancti Patres, si invenisset ibi risus vel vaniloquio vacantes, aut alij cuiuslibet vitio mancipatos? si enim ea qua alibi liberè geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negotia geri non patitur: quanti magis ea qua nusquam fieri licet, plus caelesti iram merentur, si in ædibus Deo sacrata agantur?*

Ier. 48.

Mattb. 21.

Iean. 2.

S. Aug.

Beda, 25.

Hom. 36.

in 1. ad

Cor.

Postquam vero Divus Chrysostomus liberio- rem hanc Christianorum licentiam arguit, tum vehementius ad eam coercendam, & ad sanctum illum pavorem qui à nobis desideratur exciandam, sic pergit, *Nec enim in strina aut vnguentaria taberna, Ecclesia est, aut officina forensis, sed locus Angelorum, locus An. Angelorum, Regia*

Dei, Cælum ipsum. Quemadmodum igitur si cælum quispiam in angustiis redactum illuc inducat, etiam si fratrem, etiam si Patrem videas, tamen præ stupore non alloquare; Sic nec hic aliud quidquam quam sancta servare decet. Et nonnullis interjectis: *Nunc autem foro nihil differt, & si non sit sarmarium dictum, fortasse nec scena ipsa; adeo profuturum scortis petulantibus, qua hinc mulieres congregantur sese comunt, & sine dubio non paucos hic sollicitant homines intemperatos. Si qua corrumperet matronam conatur, locum hunc maxime idoneum putat. Ah nimis vera verba! Rursusque alibi: *Stat Sacerdos Dei orationem offerens cunctorum: tu autem rides, nihil timens, non contemiscens, non colligens te ipsum: & in aulam quidem regiam intraturus, & habitu, & oculis, & in cæssu & in cunctis aliis componis & ornas temetipsum; huc autem ingressurus, ubi est aula regis, & talis, qualis caelestis est, rides!**

Hom. 55.  
ad Hebr.

Vide quid in hoc genere pecces, aut alios peccare videas, quos possis arguere. Jam ante pridem contra profanos in Templis ausus, lata est sententia, cum ex omnibus puniendis eos in primis Deus plecti velit qui gravius ibi deliquerint. *A sanctuario meo, inquit, incipite.* Cui quidem sententiæ satis aperte Princeps Apostolorum videtur subscribere, dum ait, *tempus est ut incipiat iudicium à Domo Dei.* Verum, non est satis, non peccare in templo, sed ne quidem illum cum peccato, esse accedendum. Qua de re sequens est Veritas, quæ precedentem plurimum confirmabit.

Ezech. 9.

1. Pet. 4.

## AD HÆC OFFICII ECCLESIASTICI, DE HODIERNO FESTO, VERBA.

In gradua-  
li Missa.

*Locus iste à Deo factus est, inestimabile Sacramentum, Irre-  
prehensibile est.*

### VERITAS PRACTICA.

Ad sacrum locum, velut ad Sacramentum.

**SENSVS & RATIO** est, quòd si quis sacer locus, locus est à Deo factus, in quo præcipuè decenti colatur cultus, sic nos decet hunc ei cultum exhibere.

Sed nisi ad sacrum locum accedatur velut ad Sacramentum, talis ei cultus non exhibetur.

Ergo ad sacrum locum velut ad Sacramentum, non

aquali quidem ex causa, sed propè simili, prout Ps. 91.  
dicebat David: *Domum tuam decet sanctitudo*  
& prout in di. cursu declaratur.

### I. PUNCTUM.

**M**ULTUM certè Davidi debet Religio, quòd primas de Domo Dei constituenda cogitarit, quòd magnificam idcirco cogitationem suscepit, a que ad illam cumulatè perficiendam ingent

pa



paravit sumptus, quos impendendos Salomoni reliquit filio. Sed mēa quod den sententiā, plus est Davidem nos divinum docuisse cultum, quem in templo servaremus, quā parasse sumptus in templi fabricam. Quid est enim templum sine divino cultu? *Hac dicit Dominus exercituum Deus israel: Bonus facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidare in verbis mandati dicens, templum Domini est, quoniam si bene direxeritis vias vestras & studia vestra, & quae plurā profequitur, quibus aperte indicat se sui cultum magis velle sine templo, quā templum sine sui cultu.*

Quod nos autem David docuit, non illos tantum intelligo Psalmos, quos in Ecclesia non decantari petis esset, inquit sanctus Chrysostomus, quā solem non lucere; sed ex multis illis Psalmis tres duntaxat volo versiculos, quibus totum penē cultum, quem nos in templis adhibere par est, comprehendit. *Domino dilexi decoram domus tua, & locum habitationis tuae: hoc primum quo templo cultus redditur, decor loci sive omnium quae ad eum spectant locum. Deinde verō reverentia quam si exprimit: Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Ac denique quod est praecipuum, sanctitas non loci tantum aut factarum rerum, sed personae templum aduentis, de qua sic pronuntiat. Domum tuam docet sanctitudo Domini. Quod ego quidem dico esse praecipuum colendo in templis Deo, quia hoc praecipue Deus in his spectat. Respexit ad Abel & ad munera eius, inquit scriptura de primo sacrificio, non ex muneribus Abel, sed ex Abele munera. Numquid carnes sanctae auferent à te malitias tuas? quasi diceret, nisi tu ipse sanctitati tuae studeas, nisi tu ipse nolis malitias tuas, nulla loca, nulla sacrificia, nulla Sacramenta, quantumcunque sacra & sancta poterunt illas à te auferre. Ne alio accedes animo.*

Quod ita certè nobis est persuasum, ut nemo nisi desperatus audeat ad Sacramentum quod vis accedere, nisi cum animo respicente qui lethali opponatur culpa: neque enim aliter proficet Sacramentum, imò & noceret, ac novum esset peccatum accedenti cum peccato.

Non ita quidem affirmandum de accessu ad templum: non est dicenda nova esse culpa, si cum culpa sacrum locum sicut si Sacramentum frequentares: sed hac posita differentia, Veritas est plurimum commendanda, quae dicitur: *Ad Sacrum locum, Sicut ad Sacramentum, non ex*

talinecessitate, non ex aequalitate, non ex pari omnino ratione, sed ex simili quadam proportionē, Sicut si dicerem, accedendum esse patri sanctitate ad Cenam magnam, quae hic in Sacramento sumitur, sicut ad illam quae in Caelo percipitur; quis non videret sanctitatis disparitatem, quae ad utramque necessario requiritur? Et tamen rectè id potest dici, dum rectè intelligatur? non de omnimoda paritate. Sic planè de locis sacris, sicut dixit David, *Domum tuam docet sanctitudo*, sicut semper intellexit Ecclesia, sicut denique sacer locus dicitur *Sacramentum*, unde proposita veritas est deducta, quae ex adjectis verbis, *Locus ista à Deo factus est*, sic declaratur.

Sicut sacer locus, locus à Deo factus in quo praecipue decenti colatur cultu, sic nos decet hunc ei cultum reddere. Cur enim à Deo factus esse dicitur, nisi ut à nobis ibi praecipue colatur cultu; Nonne omnia fecit ille loca & spacia, sine quo nihil est factum? An pures sibi locum fecisse quasi palatium terreni Regis cujus ambitu concludatur? cujus ornatu decoretur? cujus propugnaculis protegatur? Nonne ille est quem *2. Par. 9. Ad. 17.* *cali caelorum non capiunt*, ut ait Salomon, *& qui non in manufactu templi habitat, indigens aliquo*, sicut ait à apostolus. Gentilium ista credulitas est, qui nihil humanum supra vel regium morem de Dijs suis cogitantes, illos credebant ita suis habitare in delubris, ut illic mollius & tutius quam alibi requiescerent & tegetentur. At Deus noster cum sit Coeli & terrae Dominus, cum in se contineat omnia, cum nihil extra se profus ad beatitatem suam quaerat, sibi suus est locus, sua domus, sua quies, sua tranquillitas; nec ipse sibi locum facit quasi loco indigeat, qui sibi unus sufficit, & qui propterea *Saddaj* dicitur, id est, sibi sufficientissimus.

Restat igitur finis ille propter quem locum faciat, ut studium eorum acrius excitet ad sanctiorem sui cultum, quod sanctior erit locus ab ipso propterea factus & electus, sicut sanctiora quaedam sunt tempora quae nos vehementius acuant. *Elegi enim & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum & cor meum ibi.* *2. Par. 7.*

At nonne decet talem loco, seu potius Deo, talem à nobis adhiberi cultum quem postulat? an poterit ibi cor tuum cum corde Dei esse, si non illi conforme fuerit, in eo praesertim sine propter quem ibi cor habet? Cur illuc Eum adis potius quàm aliud, nisi quia potius se vult illic à te coli quàm alibi? At quo vult etiam ibi coli

N n cultu



Is. 29.

Math. 23.  
Marci. 7.

cultu, cur non eum coles? Nonne si modus colendi Deum tam verè factus à Deo est quam ipse locus, tam verè decet modum servare cultus quàm locum? Nonne hoc denique metuendum ne inde accidar quod suus exprobrat Dominus? *Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, sine causa autem colunt me,* vel ut ait Sanctus Marcus *in vanum ma colunt.* Quæ postrema verba sic à Christo prolata non leve pondus addunt sententiæ. Perinde enim est ac si Deus diceret, non sum ipse causa cur me colant, cum me non corde colunt & quo velim ab eis modo. Non mei gratia me conveniunt; nam simul aliud, quod requiro non negarent; ac proinde etiam frustra me colunt & in vanum, quia nullum aut certè modicum, nec eum referunt suarum precum fructum, quem retulissent. Vide in 3. parte fer. 4. hebdomada. 14.

## II. PUNCTUM.

**S**ED nisi ad sacrum locum accedatur velut ad Sacramentum, cultus hic decens quem petit Deus, & quem decet nos ei reddere, non redditur, non exhibetur.

Non enim frustra nomen hoc Ecclesia de suis usurpat templis; non frustra in altari, hoc est in sanctiori officio quod de hodie na festiuitate celebrat, postquam dixit, locus iste à Deo factus est, statim adiungit, *inestimabile Sacramentum, irreprehensibile est.* Certè reprehensibilis esset iste loquendi modus, nisi quadraret, nisi conveniret res de qua est sermo: Non conveniret nisi de Sacramenti nomine, seu potius de vi ac virtute nominis participaret aliquid sacri locus. Non esset, inquam, nec verè sacri locus dici posset Sacramentum, nisi Sacramentum inter & sacrum locum intercederet non levis aliqua similitudo. Quod ita verum est ut licet nominis Sacramenti sit varia multiplexque significatio, vix tamen ulla sit quæ non sacro conveniat loco.

Triplex potissima reperitur quam hic obiter explanare non erit alienum. Prima est, qua festum & momentosum aliquid designetur, quod non passim divulgari, sed secreto teneri debeat, & religioso silentio seu pia quadam ignorantia venerationem habeat. Sic Tobie duodecimo, *Sacramentum Regi abscondere bonum est;* & quarto Danielis: *omne Sacramentum non est impossibile sibi.* At quis nescias in locis sacris sive dū confe-

crantur, sive dum sacra sunt, tam multa multumq; seria religiosaque fieri, quæ pene omnes later, ut verè locus dici possit: hoc sensu *Sacramentum?* Quid enim est quod Episcopus antequam templum sacraturus ingrediatur; foris expectat, & clausas templi fores ipse suo baculo pastorali pulsat & aperit? Quid, quod ingressus templum eodem baculo describit in pavimento conspergit cinere, græcis & latinis literis, alphabetum? Quid quod parietibus Cruces certa imprimuntur forma, & sacro inunguntur oleo? Cur sit ibi mixtio quædam aquæ, cineris, salis & vini? Sacramenta sunt, secreta sunt quæ nos venerari magis decet, quàm curiosius indagare. Sic sanctus Augustinus suis Neophytis seu Catechumenis: *Omnia, inquit, Sacramenta qua acta sunt & aguntur in vobis per ministerium servorum Dei, exorcismu, orationibus, canticu spiritualibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione cervicium, humilitate pedum,* Et quæ plura pergit ad sacri loci cum Sacramento similitudinem exprimentem.

Secundò, Sacramenti nomen usurpatur pro ipsa rerum universa mole quam Deus condidit, ut ex visibilibus invisibilia, ex corporalibus spiritualia, ex terrenis cælestia, ex humanis divina cognoscamus, juxta illud Apostoli: *quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit: invisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & divinitas, ita ut sint inexcusabiles;* si videlicet non cognoverint nec amarint invisibilia, quæ nosse poterant ex visibilibus. Sic illos expresse Sapiens arguit: *Erraverunt & nescierunt Sacramenta Dei* Rursumque paulo post, *Non abscondit à vobis Sacramenta Dei;* hoc est, ignota quæ rebus creatis Divina Sapientia recondidit, & quæ inde ad vestram animorum utilitatem possunt erui, faciam vobis manifesta. Quo in sensu quis non videt quàm aptè locus hic sacri dicatur Sacramentum; non quia tantum quod ait S. Augustinus, *quidquid in templi manu factu agitur, totum in nobis spirituali edificatione completur;* sed quia visibilibus ipsa templi moles, velut moles universitatis in se aliquid mystici continet quo invisibile, spiritale, & cælestis cognoscamus.

Videtis quanta qualisque sit hæc structura? quàm multi simul compacti lapides? quàm diversi diversos in usus compositi? Quàm sint alij demissi & alij sublimati? Quantis quosque ne-

Trad. de  
Symbolo  
ad Cast.

Rom. 1.

Sap. 26.

ecf.



esse fuit tundi, secari, cædi malleorum istibus, ut sic cohererent & suo quique consistenter gradu? Sic plane nos ædificamur, sic construimur, sic tamquam lapides vivi dicimur, sive in terris, sive in cælis constituti. In terris quidem una simul fide, & spe, & charitate conjuncti templum unum sive Ecclesiam quæ una est, in toto terrarum orbe, constituimus. In cælis verò charitate strictiori, & eadem uniti beatitate longè felicius unam in Domino seruiamus unitatem. Etenim quod & civitas sursum sit, & Ecclesia & celebrata, inquit S. Joannes Chrysostomus, audi Paulum dicentem, accessistis ad civitatem Dei viventis, Jerusalem celestem, & Ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in calis, & ad multorum millium Angelorum frequentiam.

Sed quod Sacramenti vim ac virtutem præcipuè connotat, quamdiu mortales hic ægimus, sic lumus aptè poliendi, tundendi, & parandi lapides, ut possimus in unum convenire; primò hic quidem charitate christiana. tum aliquando felicitate perpetua? sicut videmus lapides istos, non aliter quàm prout contusi sunt & sicut præcisi simul inter se coherent. Sic apertè S. Augustinus, præcidiuntur de montibus lapides per manus prædicantium veritatem, conquadrantur ut intrent in structuram sempiternam. Et alibi: quod hic fiebat, quando ista surgebant, hoc fit modò cum congregantur credentes in Christum: erodent enim quasi de sylva & montibus ligna & lapides præcidiuntur; cum verò catechizantur, baptizantur, formantur, tanquam inter manus fabricorum & opificum dolantur, colligantur, compuginantur. Ligna ista & lapides, si non sibi certo ordine cohererent, si non se pacificè connecterent, si non se invicem, coherendo sibi, quodammodo amarent, nemo huc intraret. Et quæ plura prosequitur de charitate mutua, quæ sic tandem concludit: quod hic factum corporaliter videmus in parietibus, spiritualiter fiat in montibus: & quod hic perfectum cernimus in lapidibus, & lignis, hoc adificante gratia Dei, perficiatur in corporibus vestris.

Sic alij sancti Patres sentiunt, eòque referunt quod de templo Salomonis scriptum habetur: Domus autem cum adificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis adificata est: & malleus & securus & omne ferramentum non sunt audita in domo cum adificaretur. Hoc nempe est, quod alibi dicitur de habitantibus cæleste tabernaculum quod describitur; absterget Dominus omnem lachry-

nam ab oculis eorum & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Quasi diceretur, prima illa sunt primò ferenda in terris, luctus clamor, & dolor, antequam illò perveniat, ubi nihil tale cernitur nec auditur.

Quod & universa sentit Ecclesia, dum de utroque loci ac temporis diverso statu sic canit: hic Margaritis emicant patentque curvis ostia; Virtute namque pravia, mortali illic ducitur; amore Christi percitus, tormenta quisque sustinet. Scalprij salubri istibus, & cunssone plurima: fabri polita malleo, hanc saxa molem construunt; apti se quoque juncta nexibus, locantur in fastigio.

TERTIA denique Sacramenti significatio vulgarior simul & augustior, ipsa est quæ septem solis Sacramentis propriè convenit, nempe ut sic signum visibile seu sensibile non modò aliquid aliud in se contentum significans, sed illud quod continet, cum sit gratia sanctificans, sic illam conferunt gratiam, ut ipsa nos sanctificare dicantur Sacramenta. Quo in sensu præcisè considerato, manifestè quidem patet, quòd locus sacer non sit ita Sacramentum, quia non ita certam ex sese sive ex ordinatione sua communicat gratiam, quæ suum singularem & determinatum semper producit effectum. At verò tamen cum quisvis sacer locus idcirco sit consecratus & à Deo factus, ut dum ibi Deus singulariter colitur, singularem & ipsi cultores inde referant gratiam, quam ex alio non referent loco: Quis neget hoc etiam postremo sensu dici Sacramentum? cum præsertim gratiæ quæ illic potiores conferuntur, signis quibusdam sensibilibus contineatur & exprimantur, in qua expressione ut diximus, tota videtur esse posita Sacramenti ratio?

Cum sint autem illa plura signa sensibilia, tum ad quinque potissimum referuntur, de quibus aptè S. Bernardus in primo quem de Dedicacione Ecclesiæ sermonem habet. Quando inquit, domus ista per manus Pontificum dedicata est Domino, propter nos sine dubio factum est, non solum qui presentes sumus, sed & quicumque usque in finem sæculi Domino sunt in hoc loco militaturi. In nobis proinde spiritualiter impleri necesse est, quæ in parietibus visibilibus præcesserunt. Et si vultis scire, hæc utique sunt, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio. Hæc utique in hæc visibili domo fecere Pontifices, hæc & Christus afficiens Pontifex futurorum bonorum invisibiliter quotidie operatur in nobis. Primò siquidem aspar-



git nos hyssopo, ut mundemur, lavemur, de albe-  
mur, dicaturque de nobis, Quis est ista que ascen-  
dit de albas? lavat, inquam, nos in confessione,  
lavat nos la hyssopum in ore, lavat sudore pani-  
tentie, magis autem lavat nos aqua illa pretiosa,  
qua de fonte pietatis, id est ab eius latere emana-  
vit. Aspergit nos hyssopo qua humilis herba est &  
pectoris purgati vas aqua sapientie salutari, qua est  
timor Domini, in usum sapientie & fons vite: etiam  
condimentum salis admiscens, ne sit in spilius timor  
sine spe, sine devotione. Non solum autem sed  
in scribit digito Dei, in quo eiebat Demonia, haud  
dubium quin in Spiritu sancto. In scribit, inquam,  
legem suam non jam in lapide, sed in tabula cordis  
carnalibus, prophetiam implens promissionem,  
qua se pollicitus est ablaturum cor lapideum, &  
carneum cor esse daturum, id est, non durum, non  
obstinatum, non iudaicum; sed piium, sed man-  
suetum, sed tractabile, sed devotum. Beatus quem  
tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.  
Beati, inquam, qui docti & memores sunt man-  
datorum eius se ad faciendum ea. Alioquin scienti  
bonum & non facienti percatum est illi; Et servus  
sciens voluntatem Domini sui & non faciens plagae  
vapulabit multum. Unde necesse est ut unctio spiri-  
tualis gratia adjuvet infirmitatem nostram, ob-  
servantiarum & multimoda penitentiae crucis de-  
votionis sua gratia leniens: quia nec sine cruce se-  
qui Christum, & sine unctioe crucis asportari  
ferre qui possit? Hinc est quod multi abominan-  
tur & fugiunt penitentiam, crucem quidem vi-  
dentes, sed non etiam unctioem. Vos qui exporti  
estis, ecce scitis quia verè crux nostra in unctio est, &  
per gratiam spiritus adjuvantis, suavis & dele-  
tabilis est penitentia nostra, & ita dicam, ama-  
ritudo nostra dulcissima. At postquam unctio gra-  
tia huius praeceperis, iam lucernam suam Chri-  
stus non ponit sub modio sed super candelabrum:  
quia tempus est ut luceat lux nostra coram homi-  
nibus, & videant opera nostra bona & glorificent  
Patrem nostrum qui in caelis est. Iam verè benedi-  
ctionem quidem expectemus in fine, quando aperiet  
manum suam & implebit omne animal benedictio-  
nis. Nam in quatuor promissis merita constant, in  
benedictione tota complebitur gratia sanctificatio-  
nis, quando iam in domum transibimus non manu-  
factam, aeternam in caelis.

Ex quibus sancti Patris verbis cum evidenter  
pareat, gratias illas quae in loco sacro confe-  
runtur, sensibilibus significari signis, ac proin-  
de rationem continere Sacramenti, quid restat,

nisi ut qua sanctitate acceditur ad Sacramentum  
accedatur ad sacrum locum, cum sit eadem non  
solum nominis, sed & rei quaedam similis ratio,  
sive positivum quod aium bonum: sive negati-  
vum spectes? Cur enim non nisi sanctè & purè  
adeuntur Sacramenta? Nonne quia sic exigit  
cultus divinus qui Deo redditur in usu Sacra-  
mentorum, & nostra utilitas in recipienda Sa-  
cramenti gratia, quae non nisi à puris recipitur?  
At nonne est eadem propè ratio de sacris locis?  
nonne sic adeuntur ad reddendum divinum cul-  
tum, & ad nostram utilitatem, seu ad referen-  
das inde quas postulamus gratias? Nonne ad  
hunc utrumque finem si non omnino necessaria,  
saltem ita decens & opportuna videtur eadem  
sanctitas, ut nulla quidem possit decentior, sed  
& nulla inferior debeat adhiberi?

Est non imperari Deo, ut quo imperio &  
quo iure iussit afferri sanctitatem ad Sacramen-  
tum, sic ad sacrum afferretur locum: an idcirco  
non est adhibenda? Semperne trahendi sumus  
ad debita nostra persolvenda gravioris metu  
supplicii? Numquamne ducit nos sine his quo  
filios decet, pietatis ac observantiae liberali mo-  
tu? Timebne plura persolvere quam Deo de-  
beas, cui cum dederis omnia, plus ei debes quod  
illa receperit, quam ille tibi quod dederis? Affe-  
quantumvis sanctum & decentem cultum in  
Ecclesia, proxi ad mirum si fuerit satis colen-  
do tantae Majestatis Deo, quem non satis digni  
sunt colere qui sunt digniores in caelo  
Spiritus: Tu tanten ex illa tenuitate tua non  
times etiam detrahere, quod unum erat di-  
gnus nempe sanctitatem & puritatem animae?  
Quid quaeris in Dei domo, si non quaeris Dei  
cultum? Quid quaeris in Dei cultu si non quaeris  
Deo placere? At quomodo te placitum Deo  
putas in peccato; aut quomodo peccatum tolle-  
les sine illa ipsa sanctitate qua Sacramentum ab-  
dis? Lavamini, mundi estote, auferite modum  
cogitationum vestrarum, & venite. Nonne his  
in vitatis ad sacrum locum, sicut ad ipsam Sacra-  
mentum; nonne his saltem decet vocibus obse-  
qui?

Quod si dicis te tuam etiam in Domo Dei sa-  
lutem quaerere, caeteraque tibi opportuna vitae  
praesentis ac futurae subsidia, Veni sanctè tua qua-  
siturus; sed an putas illa tam certo reperies non  
gratus & acceptus Deo, sicut si gratus esses? An  
nescis quod qui promisit se suas aures apertu-  
rum orantibus in loco sacro, dixit peccatori-  
bus



18.

bus; cum extenderit manus vestras, avertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. An ignoras quod mortale tuum peccatum longè est gravius, longè Deo magis odiosum, & tibi perniciosius quam originale Infantis nondum baptizati: nam illud tuum est actuale & voluntarium in teipso, tua est culpa, tua malitia. Et tamen ille infans quando in templum Deo præsentandus affertur, non ultra primum effertur templi aditum, quin sacris tingatur aquis, quin peccati labe purgetur, quin illa denique sanctitate quæ domum Dei decet, decoretur, quia non placeret alioquin Deo sibi suo in templo præsentatus infans, nisi prius esset natali culpa purus. Tu vero impie, non una, non aliena culpa, sed & tuis & multis & gravibus maculatus peccatis, audebis illam ipsam Dei domum ingredi? nec verberis sacra ipsa & tremenda penetrare adyta? & dum caput aperias, dum genua flectas & aliquid ore promas, tu satis decenti cultu Deum putabis colere? & te inconsultum!

Die fodes, quæ tu facis Deum? an externo tantaxat intentum cultui? nec internis nostri cordis vacantem motibus? An putabis sine corde corpus sufficere Deo decenter colendo? quid est autem cor adhibere nisi cor sit purum & expers illius maculæ, quæ cor invisum Deo facit? An nescis quod dixit Christus, Venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate: nam & pater tales querit qui adorent eum in spiritu & veritate, Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Quibus ex verbis si quis inferret solo spiritu non etiam corpore Deum colendum, male inferret; sed peius etiam sentit qui solo corpore non etiam spiritu cultum Deo diceret exhibendum, aut qui se spiritum putaret adhibere nisi & Deus esset: aut qui se rectum habere spiritum crederet, nisi prius cor sibi mundum protulerat. Sic enim ordinatè David precabatur Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum iustitiam in visceribus meis. Ubi S. Gregorius, Vide inquit ordinem, primo cor mundum, deinde spiritum rectum, Propheta à Deo requirit. Prius enim abrenunciandum est tibi omni peccato, & omnis à corde vitiorum seditas eliminanda, ut omne quod agitur aut dicitur, eo purum in conspectu Dei ac lucidum appareat, quod ex bonæ intentionis origine quasi de puro quodammodo fonte manat. Scriptum est enim, bonus homo de bono thesauro profert bona,

& malus homo de malo thesauro profert mala. Quod sancti Doctoris dictum si de omni actione, de omni tempore, ac de omni loco potest intelligi, quanto magis id verum est de actione illa de tempore, ac de loco quibus præcipue Deum intendas colere. Nam si nusquam Deus colitur nisi colentis pura sit intentio; nec sit pura intentio, nisi sit prius cor mundatum; quanto minus colitur Deus in illo loco; qui tantum factus est ut mundo corde colatur.

Non est itaque tantum decens ille Dei cultus, sed non est Dei cultus, nisi sit ille decens, quem idcirco dicimus illi similem quo ad Sacramentum accedimus; ut sic apertius intelligatur, quis ille sit, & quam nullus decens absque illo, sit alius. Hinc quod ait Ecclesiastes, Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, sic Chaldæa reddit, ne venias plenus peccatis ante Dominum. Unde & ibi addit Sapiens, multo enim melior est obedientia quam stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali, hoc est, qui antequam Deum adeant, non recogitant peccata sua pœnitentes, sic se stultos esse produunt, quia non agunt quod agunt, non colunt Deum quem præ se ferunt colere: multoque melius & verius Deum colerent abstinendo peccatis quam victimas offerendo, vel peccata prius deplorando quam se Deo, vel quidquid aliud in templis offerant.

## III. PUNCTUM.

ERGO ad sacrum locum sicut ad Sacramentum, quocumque sensu vox ista sumatur, dum subsecretiam ille sensus qui declaratus est, non quasi peccatis sicut in peccato accedas ad sacrum locum, sicut peccatis accedendo ad Sacramentum, sed quia sic sacrum decet hunc, sic decet finem propter quem locus est sacer sic decet Dei cultum quem sibi Deus optat ibidem exhiberi, sic decet nostram erga illum pietatem, sic decet nostram circa salutem animæ curam ac providentiam. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit ipsorum Deus. Ecce vox magna quam audivit Joannes de Throno Dei, ecce quo modo Deus habitat & convenit cum hominibus, nempe in sanctitate & decentia, nam expresse de sancta Civitate Jerusalem, quam tunc idem vidit Apostolus, sermo est & quam ait paratam sicut sponsam ornatum viro suo. Quæ qualis illa sit Civitas, & qualis ejus or-



natus, non exprimitur, sed hoc unum affirmatur quod quæcunque sit illa, sancta est, & ornata quàm decenter: atque ut sic sancta est, tum declaratur esse *tabernaculum Dei cum hominibus*. Certè hoc dignum quod paulò attentius consideretur. Quadruplex reperitur in scripturis Civitas Jerusalem quæ sit tabernaculum Dei, secundum quadruplicem scripturæ sensum, & huic quadruplici civitati Sanctitas tam apprimè convenit, ut non sit aliter tabernaculum Dei quàm prout sancta est. Prima ex sensu anagogico, cælum est seu *Calestiterusalem*, quæ vox expressa est Apostoli. Quàm sit porro verè tabernaculum Dei cum hominibus & quàm verè sancta sit illa civitas, clarius est quàm ut magis illustretur: *non intrabit enim in eam aliquod coinquinatum*. Secunda ex sensu allegorico, Deiparæ Virginis utrius est in quo *Verbum caro factum est & habitavit in nobis*, vel ipsa Christi humanitas in quâ *Divinitas omnem plenitudinem inhabitasse corporaliter*, ait Apostolus. De quo utroque tabernaculo quàm sit sanctum, vel hoc uno constat versiculo, *sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*. Tertia ex sensu tropologico seu moralis, est anima Justis, quæ hoc ipso quo sancta est sanctificante gratia quæ lethali noxæ opponitur dicitur habitaculum & templum Dei. *Sicut dicit Deus, quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus: propter quod exiit de medio eorum & separavi, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos*. Quarta denique ex literalis sensu est Ecclesia, non modo illa quæ dicitur Congregatio fidelium, sed ipse sacer locus ubi fideles congregantur, de qua illud Apostoli perinde usurpatur, quod Timotheo suo commendat, *Veicias quomodo oporteat te in Domo Dei conversari quæ est Ecclesia Dei vivi*. Sic disertè Cornelius ex S. Joanne Chryostomo, cuius hæc verba sunt ad hunc Apostoli locum: *Alludit ad Bethel de qua, viso ibi Domino, Jacob dixit, verè non est hic aliud nisi Domus Dei & porta cæli; & ad tabernaculum templumque Iudeorum quod Ecclesia typus fuit*. Et pergens de Apostolo dicente, quod in primis nostrum spectat scopum; *Simul, inquit, tacitè admonet omnes fideles ut reverenter & sanctè se gerant in Ecclesia, cogitantes se vivere & versari, non in aula Regis sed in Domo Dei, adeoque in oculis ipsius Dei Optimi Maximi*

Nonne hoc est non modo dicere civitatem

aut tabernaculum Dei cum hominibus esse Ecclesiam seu sacra hæc loca; sed hæc ipsa etiam debere esse sancta sanctitate personarum, sicut iam sancta sunt sanctitate Consecrationis & sanctitate rerum quæ ibi peraguntur?

Est enim noanda triplex illa sanctitas quæ templis convenit. Prima quæ dicitur relativa, quatenus Deo sacra sunt, cui quidquid consecratur, factum est, ut patet ex Levitico. Quod & expresse de templis Dominus contra Pharisæos: *Ve vobis Duces cæci qui dicitis, quicunque juraverit per templum nihil est; qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti & cæci? quid enim majus est, aurum an templum quod sanctificat aurum? quasi diceret, longe major est ratio dicendi templum esse sanctum quàm aurum, cum aurum non sit sanctum nisi ex templo cui servit*. Deinde verè est sanctitas rerum omnium quæ in sacris tractantur locis, nihil ut agatur vitiosum, nihil profanum, nihil non approbatum & permissum, cum alioquin Dominus diceret: *Auferte ista hinc, & nolite facere Domum Patris mei, domum negotiationis*. Denique sanctitas est personarum quæ se ad templum conferunt, quæ non ita quidem præcise est necessaria, sicut diximus, ut qui forte non sint in ea, quam vocamus, sanctificante personas gratia, non possint templum ingredi, nec suas preces fundere, solis enim interdictum Excommunicatis, vel qui aliis Ecclesiæ tenentur censuris; sed quæ ita tamen est opportuna & decens, ut quantum agnoscis ibi esse tabernaculum Dei cum hominibus, quantum ibi optas Deum colere, & de rebus tuis cum ipso agere, tantum tibi expediat sanctitatem illam habere, quæ sola vera est sanctitas, & qua sola verè sancta, & parata & ornata est Civitas illa Jerusalem, quæ tabernaculum Dei cum hominibus esse prædicatur.

Recole quod jam de cælo, de Deipara, & de anima justis dictum est, quæ sanctitate scilicet cælum esset sanctum, quæ sanctitate Deipara, quæ justis anima, quid videtur? Nonne illa sanctitas est, quæ mortali saltem repugnat noxæ? cur porro, nisi quia sic ista decet Dòmum Dei sanctitudinem, quæcunque sit tandem ista Dei domus, sic universim sentiendum, *Domum Dei decet ista sanctitudo*, non relativa, non extrinseca, sed vera & solida, qualis est illa quæ nos sanctificat. Nonne id agnoscis? Putasne quemquam posse cælum ingredi, aut cælum esse Dei domum cum peccato? Non putas opinor, aut si qui fortè opinen-

Levit. ult.

Math. 23.

Joan. 2.



tur id posse fieri, nemo tamen est qui non affirmet, id non decere. Quod de sanctissima ipsa Virgine matre, S. Anselmus expresse ait, *non ea quidem necessitate fuisse sanctissimam, quasi de peccatrice parente iusta proles nasci negurverit; sed quia decebat non ex alia quam mundissima Virgine Deum nasci.* Non poterat certe Christi humanitas non esse sancta, quæ tabernaculum erat Divinitatis ita sibi unitæ, ut non alia subsisteret quam divina hypostasi; sans tamen Apostolo fuit ad ejus sanctitatis commendationem dicere, quod talis decebat ut nobis esset Pontifex, Sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Cur non ista igitur decentiæ ratio tibi sufficiat in aduendis templis? Nonne credis & profiteris hanc Ecclesiam, ejus hodiernæ est Dedicatio, singulari quodam modo Domum Dei esse, sicut cæteras quas diximus Dei Domos? cur non eandem igitur credes decere sanctitatem, cum de omni generatum domo Dei sit dictum, quod eam decet sanctitudo? Vel si hoc credis, cur ingreditens Ecclesiam non illam affers sanctitatem? Nam cum sit personæ non loci sanctitas, de qua hinc modo agitur, neq; hæc aliter sanctitas loco conveniat aut applicetur, quam prout personæ locum attingens fuerit sancta, profecto non est aliud dicere quod Ecclesiâ decet talis sanctitudo, quam dicere, quod te talem decet asserere sanctitatem quando Ecclesiam ingrederis.

Sic sancti Patres quando dicunt tempus jejuniij vel cuiusquam celebrandæ festivitatis decere sanctitatem, quid aliud dicunt, quam decere nos esse sanctos illo quo jejunamus vel festum agimus tempore? Neque enim alia est propriè temporis aut jejuniij sanctitas quam personæ jejuniantis. Unde sanctus Chrysostomus, *honor jejuniij non ciborum abstinentia, sed peccatorum fuga.* Quod & apud sanctus Leo, *Excellens, inquit, super omnia Passiois Dominicæ Sacramentum purificatis corporibus & animis celebremus.* Qua quidem sancti Patris sententia nihil ad confirmandam Veritatem propositam, concludendamque discursum dici opportunius potest. Vides enim ut Dominicæ Passionis tempus vocet Sacramentum, non ea eerte proprietate quâ septena dieuntur Sacramenta, nam & excellens super omnia vocat Sacramentum, quod de solo Christi Corpore fas est pronuntiare. Sed noverat ille Vir magnus, novebat sacris temporibus atque locis hanc etiam Sa-

cramenti vocem competere, quæ visibili signo suas etiam significarent & continerent gratias; atque hæc inter Sacramenta Tempus Dominicæ Passionis excellere, quia majorem scilicet rectè dispositis animis conferret gratiam. Quid est verò rectè dispositis animis? Quam ille puras animorum dispositionem expectabat? audi, nec unquam obliviscaris, *purificatis, inquit, corporibus & animis Sacramentum hoc celebremus;* quasi aperte diceret, *sicut ad ipsum Sacro sanctum Sacramentum;* neque enim ad hoc alia requiritur dispositio quam ut purificatis corporibus & animis accedamus.

Quamobrem hinc præsertim locum habeat, quod ait Sapiens: *Da locum timori Altissimi, primus in templo Timori cede;* primus ingreditentis actus sit illius timoris actus, qui peccatum expellit. Dum te lustrari mundas aqua, non ore tantum, sed corde, sed sincero affectu petas mandari, & amplius atque amplius atque amplius a peccato lavari. Sic ipse *Iustus aperiet os suum in oratione & pro delictis suis deprecabitur, quantum magis injustus? Qui si tamen eum Publicano dicat, Deus, propitius esto mihi peccatori, magis probabitur & justificabitur,* quam qui eam Pharisæo gratias Deo agat; Nam hoc est quod prius & vehementius commendatum nobis vult Dominus; *Munda prius quod intus est, ut fiat ad quod de foris est, mundum.*

Hoc est credere quod dicitur de sanctitate decenti Domum Dei, si decentem illum decorem diligas: hoc est autem illum diligere cum possis illum adhibere non negligas, si que respice eum Davide dicas & sentias: *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis tuæ, Ne perdas eum impijs animam meam. Ego autem in innocentia mea ingressus sum, redime me & miserere mei.* Tum verò quod sequitur longè aptius & verius fiet: *In Ecclesijs benedicam te Domine. HOC EST ENIM benedicere Deum in Ecclesijs, inquit sanctus Augustinus, sic vivere ut per mores cuiusque benedicatur Deus. Nam qui benedicit Domino lingua, & factis maledicit, non in Ecclesijs benedicit Domino, Lingua prope omnes benedicunt, sed non omnes factis.* Et ad illum Psalmi versum, *Tollite hostias & introite in atria eius. QVAS hostias nobiscum portaturi sumus? sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & hu Deus non spernit. Cum humiliter corde intra in domum Dei & cum hostia intrasti. Ne sit verò quælibet hostia, sed quæ est excel-*

L. de Conc.  
Vir. c. 38.

Hebr. 7.

Hom. 3. ad  
pop.Serm. 4.  
de Quadr.

Ecclesi. 19.

Ibid. 1.

Ibid. 39.

Luc. 18.

Matth. 23.

Psal. 25.

Psal. 95.



*Pfal. 65.* excellentior, holocaustum : sic Idem ad istos  
 ver: sus , *Introibo in domum tuam in holocaustis;*  
*Reddam tibi vota mea, &c. TOTUM meum con-*  
*sumat ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totum*  
*fit tibi. Erunt illa holocausta; Et quid eris in ho-*  
*locaustis? Reddam tibi vota mea qua distin-*  
*gere labia mea. Qua est distinctio in votis? hac est*  
*distinctio, Vt te accuses, illum laudes, Atque in il-*

lud denique, *Intrato portas eius in confessione,*  
*atria eius in hymnis. A CONFESIONE, Psal. 98.*  
 inquit, incipite: opus est ut te reprehendas, ne ille  
 reprehendat qui damnaturus est. QUANDO  
 INTRAS, TE REPREHENDE,  
 CUM INTRAVERIS,  
 LAUDA ILLUM.

## FINIS PRIMÆ PARTIS.



## INDEX